ARISTOTELIS

POLITICORVM LIBRI OCTO

CVM

VETVSTA TRANSLATIONE

GVILELMI DE MOERBEKA

RECENSVIT

FRANCISCVS SVSEMIHL

ACCEDVNT VARIAE LECTIONES OECONOMICORVM

LIPSIAE

IN AEDIBVS B. G. TEVBNERI

MDCCCLXXII

LIPSIAE: TYPIS B. G. TEVBNERI

HERMANNO VSENERO

FRANCISCO BVECHELERO

PRISTINA MVNERIS SOCIETATE

PERPETVO AMICITIAE VINCVLO

SIBI CONIVNCTISSIMIS

HVNC LIBRVM

SACRVM ESSE VOLVIT

EDITOR

Codicum, quibus Politica Aristotelea continentur, familiae sunt duae. Et alterius quidem agmen ducit

Γ, i. e. liber deperditus superstitibus omnibus ut multo antiquior ita etiam, ut iam observavit vir summus Petrus Victorius[1]), haud paucis locis melior[2]), aliis tamen deterior[3]), ex quo origi-

---

1) Cuius verba in alterius editionis praefatione haec sunt: „quos-„cunque calamo exaratos codices indagare potui, cunctos deteriores „mendosioresque inveni, quam fuerit exemplar, quo illa usa est vetus „translatio." Attamen nimium honoris ei impertiebant et Victorius et Schneiderus aliique, utpote quibus nondum codices eiusdem recensionis servati ante oculos fuissent: eis enim bonarum lectionum, quae unius vetustae translationis propriae esse videbantur, longe maior pars revera cum hac communis est.

2) Cf. inprimis I, 4. 1253 b, 37 (?). 1254 a, 16 (?). c. 5. 1254 a, 39 sq. (?). c. 6. 1255 b, 14 (?). c. 9. 1257 a, 3. 24. c. 11. 1259 a, 13. 31. c. 13. 1260 a, 4. b, 19 sq. II, 1. 1260 b, 40. 41. c. 3. 1262 a, 2. 3. 8. 12. c. 5. 1263 a, 2. 35. c. 6. 1264 b, 39 sq. 1265 a, 14 (?). 34 (?). c. 7. 1266 b, 2. 1267 a, 12 sq. (?). 17. c. 8. 1267 b, 37 (?). 1268 b, 1. 5. 40. c. 9. 1269 b, 35. 1270 a, 33. b, 15 (cf. Addenda). 1271 a, 20. 41 (?). b, 5. c. 10. 1272 a, 8 (?). 41. c. 11. 1272 b, 40. 1273 b, 15. 19. c. 12. 1274 a, 21. b, 20. III, 1. 2. 1275 b, 16 (?). 21. 32 (?). c. 3. 1276 a, 14. c. 4. 1277 b, 10. c. 9. 1280 a, 24. 29. c. 11. 1281 b, 7. 13. 1282 a, 18. 27. b, 8. c. 13. 1283 a, 36. 37. 1284 b, 31. 32. c. 14. 1285 a, 8. 13. 25. c. 15. 1286 b, 36. c. 16. 1287 a, 25. 27. b, 22. VII, 1. 1323 a, 20. 32 sq. (?). b, 8. c. 3. 4. 1325 b, 3 (?). 22. 37. 38. c. 6. 7. 1327 a, 34. 36 (?). b, 31. 1328 a, 13 (?). c. 11. 1330 a, 36 sq. 41 (?). c. 12. 1331 b, 10 (?). c. 13. 1332 a, 27 (?). 42. c. 16. 1335 b, 16. 24. 30. c. 17. 1336 a, 35. b, 2 (cf. tamen Addenda). 1337 a, 7 (?). VIII, 1. c. 5. 1339 a, 37 (?). c. 6. 1340 b, 24 (?). c. 7. 1342 a, 11 (?). IV, 1. 1288 b, 36. 1289 a, 3. c. 3. 1289 b, 38. c. 4. 1290 b, 22. 1291 a, 4. 13 (?). 21 (?). b, 25 (?). 1292 a, 17. 36 (?). c. 5. 6. 1292 b, 19 (?). 29 (?). c. 10. 1295 a, 17 (?). c. 11. 1295 b, 31 (?). 1296 a, 8. c. 12. 1296 b, 38. c. 13. 1297 b, 3 (?). c. 14. 1298 b, 12 (?). 29. VI, 2. 1317 b, 23 (?). c. 5. 1320 a, 15. b, 15. c. 7. 1321 a, 12. 19 (?). c. 8. 1322 a, 27. V, 3. 1303 a, 24. c. 5. 1304 b, 12. c. 6. 1305 b, 2. 10. c. 8. 1308 a, 33 (cf. tamen Addenda). b, 13 (? cf. Addenda). 28. 34. c. 10. 1311 a, 6. 37 (?). c. 11. 1313 b, 15. 16. 1314 a, 7 (?). 1315 a, 26 (?).

3) Cf. inprimis I, 1. 2. 1252 a, 13 (?). 17 (?). 24 (?). b, 8. 17. 1253 a, 28. c. 5. 1254 b, 1. (v. Addenda). c. 6. 1255 a, 22. c. 8. 1256 a, 4. (v. Addenda). II, 5. 1263 a, 13. 18. 1264 a, 14. c. 6. 1264 b, 33 (?). 1266 a, 4. c. 7. 1267 a, 34 (?). c. 8. 1268 b, 21. 41. c. 9. 1269 a, 32. 1270 b, 1. 11 (?). 1271 a, 29. b, 7. c. 10. 1271 b, 36. 1272 a, 34. 37. c. 11. 1273 a, 2. c. 12. 1274 a, 34. 40. III, 2. 1275 b, 34. c. 3. 1276 a, 9 (?). c. 9. 1280 a, 8. 21. c. 12. 1282 b, 38. c. 13. 1283 b, 12.

nem deduxit vetusta translatio Latina, quam saeculo XIII° fecit frater Guilelmus de Moerbeka de ordine praedicatorum[4]) tam fideliter et accurate verbum pro verbo reddens, ut raro quid in illo codice suo legerit dubitare queas. Usi sunt ea et Albertus Magnus et Thomas Aquinas in commentariis, quos in hoc Aristotelis opus scripserunt[5]). Utrum glossae, quae in eam irrepserunt, iam in codice illo in ipsa continua verba receptae fuerint an falso ab interprete pro correctionibus habitae sint, difficile sane est dictu. — Inter eos vero, qui aetatem tulerunt, libros manu scriptos pauci eiusdem recensionis vestigia secuntur, et hi ipsi multis in locis modo ad alteram declinant modo uno M[s] excepto utriusque lectiones aut lectionum vestigia simul offerunt[6]). Sunt autem hice[7]):

1284 a, 16. c. 15. 1286 a, 15. 31. 33. c. 16. 1287 a, 28. 35. b, 33. VII, 1. 1323 a, 22 (?). 29. b, 1. c. 2. 1324 a, 10. b, 14. 19 (?). c. 3. 1325 b, 28. c. 4. 1326 a, 6 (?). c. 6. 7. 1327 b, 15. 38 (?). 1328 a, 15. c. 10. 1329 b, 10. 1330 a, 10. 11. 18. 28. c. 11. 1330 b, 16. c. 12. 1331 b, 17. c. 16. 1335 a, 39. c. 17. 1336 a, 23 (?). VIII, 3. 4. 1338 a, 26. b, 31 (?). 34. 1339 a, 3. c. 6. 1341 a, 21 (?). c. 7. 1342 b, 6. IV, 4. 1291 a, 14. 39. b, 29. 33. c. 5. 1292 b, 14 (?). c. 7. 1293 b, 2. 10. c. 9. 1294 b, 2. c. 10. 11. 1295 a, 2. 27. 1296 a, 35. c. 12. 13. 14. 1297 a, 2 (?). 6 (?). 9 (?). 13. b, 21. 35. 1298 a, 19. 36 (?). b, 33. c. 15. 1299 a, 33. 34. c. 16. 1300 b, 29. VI, 3. 1318 b, 4 (?). c. 4. 1319 a, 24. b, 7 (?). 8. 26. c. 5. 1320 a, 21. c. 7. 1321 a, 22. 38. V, 3. 1303 b, 27. 32. c. 5. 1305 a, 24. 32. c. 6. 7. 1306 a, 24 (?). 25. b, 20. c. 8. 1308 a, 38. 1309 a, 10. c. 9. 10. 1310 a, 20. b, 34. 1311 a, 23 (v. Addenda). 40 (?). b, 25. c. 11. 1313 a, 33. 1314 a, 4. 25. b, 18 (?). 21. 33. 35. c. 12. 1316 b, 6. 14. 25.

4) De hoc viro v. quae congessit Schneiderus in Aristotelis de animalibus historiae editionis t. I. praef. epimetr. IV. p. CXXVI — CL. Extitisse autem translationem iam ante annum MCCLXXIV certissimum est, quippe quo mortuus sit Thomas Aquinas: praeterea audias Onckenium (Die Staatslehre des Aristoteles I. Lips. MDCCCLXX. p. 70. n. 2): „Thomas war im Jahr 1261 durch Urban IV von Paris nach Rom berufen worden, um dort Aristoteles zu erklären, eine Aufgabe, der er bis 1269 oblag; möglich, dass auf diesen Anlass hin Thomas für eine neue Uebersetzung durch Wilhelm von Moerbecke Sorge trug."

5) Et Thomae quidem commentarius aetate prior fuit, id quod demonstravit Iourdainus (Geschichte der Aristotel. Schriften im Mittelalter, übers. von Stahr, Hal. MDCCCXXXI. p. 326 sq.). Alberti opus cum a ceteris, quae scripsit, similis generis admodum differat in materia tractanda, num genuinum sit, dubitari posse idem monet, attamen ipse hanc suspicionem refellit et rem potius inde explicat, quod Albertus in hoc libro sit imitatus discipuli defuncti Thomae exemplum eisdemque cum eo subsidiis usus: in hoc enim solo, quippe qui non, ut ceteri, paraphrasis sit, sed verus commentarius, similem ab eo atque a Thoma iniri viam.

6) Raro contra meliores libros omnes vetusta potius translatio cum deterioribus alterius recensionis codicibus concordat: sufficiant exempla haec: I, 2. 1253 a, 25. c. 3. 1253 b, 3. c. 12. 1259 b, 16. II, 6. 1265 b, 25. 34. c. 10. 1272 a, 18 (?). 1273 a, 15 (?). III, 3. 1276 a, 25. VII, 2. 1324 a, 14. 22. IV, 13. 1299 a, 1. 2. VI, 4. 1318 b, 17.

7) P[1] librum artius cohaerere cum vetusta translatione primus in-

P^1 = Parisinus 2023 chartaceus 8° min. admodum perspicue scriptus a Demetrio Chalcondyla, qui in folio paenultimo 323 decem liberorum suorum inde ab anno MCDLXXXIV usque ad annum MDI dimidia ex parte Mediolani, dimidia Florentiae natorum dies natales ita adnotavit, ut Mediolanenses etsi iuniores anteriorem, Florentini posteriorem paginam compleant[8]. Continet codex Ethica Nicomachea (f. 1—112), Politica (f. 116—254), Magna Moralia (f. 260—305), Oeconomica (f. 308—322r). Recentiores manus in eo perpoliendo non laboraverunt, sed ipse Demetrius permulta, quae ab initio scripserat, postea radendo, oblitterando, puncta rariusve lineolam supponendo delevit, quae omiserat supplevit, emendationes, varias lectiones, glossas adiecit, qua in re praeter archetypum proprio nomine sic appellandum (A) inter duos vel etiam plures alios codices maxime uno (B) usus est. Quas enim pallidiore atramento varios transitus, id quod mecum communicavit Patzigius[9], a clariore colore ad obscuriorem offerente lectiones superscripsit aut in margine appinxit et quas ego quidem hac nota: p^1 et, ubi in margine apparent, hac: mg. p^1 insigniam, ex eodem fonte omnes derivatae esse videntur, quoniam non solum plurimae earum alteram recensionem infra mihi describendam, quam vulgatam appellabo, secuntur, etsi perpaucae quoque sunt, quae e contrario vulgatis lectionibus in textu positis consensum cum vetusta translatione opponant[10], sed etiam in libro septimo intra unius folii spatium

---

tellexit Stahrius (in Iahni Ann. XV. p. 336 sq.), sed non solum idem de Ms valere non animadvertit, verum etiam male ex eodem, quo Guilelmus usus erat, exemplari (Γ) aut descriptum aut (id quod in editionis suae p. XXV sq. contendit Stahrius) emendatum esse a librario hunc codicem putavit. Ipsam tamen Guilelmi translationem in hoc emendandi negotio a Demetrio Chalcondyla adhibitam esse, id quod rettulit Onckenius l. l. p. 95, nusquam dixit Stahrius.

8) In liberorum Mediolanensium numero filia anno MCDXCIV in lucem suscepta maxima natu erat. De qua quae leguntur exempli gratia apponam, cum ceterorum fere eadem forma sit:

ω
τῇ ιβ τοῦ ἰανουαρίου μηνὸς αυ7δ ἔτει τῶ ἀπὸ τῆς τοῦ χριστοῦ γεννήσεως ἡμέρα κυριακῆ περὶ ἑνδεκάτην ὥραν σελήνης ἀγούσης περὶ ἕκτην ἡμέραν ἐγεννήθη μοι παιδίον θῆλυ ὧ ὄνομα πολυξένη σὺν ἀγαθῶ καὶ εὐμενεῖ δαίμονι. σύντεκνοι βαρθολομαῖος χάλκος ὁ ἐπὶ τῶν ἡγεμονικῶν γραμματέων.
ος
βλάντος ἐκκαστρίωνος. ἰακωβ ἀντικουάριος.

Secuntur liberi Mediolani nati annis MCDXCVI. MCDXCXVII. MD. MDI et Florentiae annis MCDLXXXV. MCDLXXXVI. MCDLXXXIX. MCDXC. MCDXCII.

9) Idem in P^2 codice ipse animadverti.

10) Velut I, 2. 1253 a, 7. c. 9. 1257 a, 6. II, 6. 1265 a, 16. c. 11. 1272 b, 39. V, 8. 1309 a, 12. Saepius vulgatae recensionis lectiones eodem atramento, quo verba continua scripta sunt, adiciuntur, velut II, 2. 1261 a, 14. c. 2. 1262 a, 30. c. 8. 1268 b, 21. III, 1. 1275 a, 28.

compluribus locis, c. 17. 1335 b, 4. 5. 6. 8. 36. 37. 38., quae lacunis relictis (nusquam enim rasurae apparent) in codice scribendo omiserat librarius, pallidiore illo et luteolo atramento explevit, haud dubie quia in hoc folio et recto et verso locis illis **A** detrimentum ceperat, quod non nisi alio libro in auxilium vocato poterat reparari[11]). Nec minus paucis aliis locis, velut VI, 4. 1319 a, 27. V, 1. 1301 b, 25, plane idem supplendi modus occurrit[12]). **A** igitur codicem postquam descripsit contulit cum **B**, glossas autem e **B** nullas repetivit Demetrius, sine dubio quia nullae inerant. Alterum vero additamentorum genus, cuius etiam glossarum est magna pars, cum in ipso codice scribendo aut proxime post hanc rem peractam cum **A** conferendo eodem atramento quo continua verba exaratum sit, eam ipsam ob rem statuendum est partim quidem fortasse Demetri tantum incuria, quamvis in archetypo in ipsis versibus recta legerentur, ab initio ista neglecta, sed partim certe sine dubio talia additamenta iam in **A** eadem ratione adscripta fuisse, ut hic codex saepius duas lectiones iuxta positas contineret[13]). Quae cum ita sint, ut ipse P[1] ita iam exemplaria duo antiquiora, quae inprimis secuta est, et **A** et **B**, mixti generis fuerunt, sed **A** secundum vulgatae recensionis codicem erat correctus, **B** contra, ipse vulgatae recensionis liber, paucas quasdam eius familiae, in qua describenda adhuc versamur, lectiones receperat tali ratione, qualem inter codices nobis relictos in P[2] et P[4], ne de P[5] loquar, deprehendimus postea accuratius pertractandam. Superest tertia additamentorum classis, cuius atramenta neque cum prioribus duabus nec ubique inter se eadem sunt, velut in libri quinti locis nonnullis, c. 3. 1302 b, 21 sq. c. 8. 1308 b, 11 sq. c. 10. 1312 a, 1., in lacunis omissa tali atramento pallidiore addita sunt, et c. 2. 1302 b, 3 *περὶ* vox *αρὰ* superscripto correcta est,

---

c. 6. 1278 b, 20. c. 9. 1281 a, 3. VIII, 5. 1339 a, 33. b, 33. 37. c. 6. 1340 b, 26. c. 7. 1342 a, 17. IV, 4. 1290 b, 31 (?). c. 5. 1292 b, 5. c. 6. 1293 a, 28. c. 8. 1294 a, 7. VI, 5. 1320 a, 4. c. 8. 1322 b, 18. V, 6. 1306 a, 30. c. 8. 1307 b, 36. c. 10. 1311 b, 20. c. 11. 1313 b, 7.

11) Notanda est etiam orthographia: nam 1335 b, 37. legitur *ὑγιείας*, cum alias *ὑγεία* scribere soleat non solum Demetrius verum etiam M[s] codex et nonnunquam sic scribat etiam P[5].

12) Nisi vehementer fallor, etiam VIII, 7. 1342 b, 33: cf. tamen quae infra dicam in n. 15. Nec non V, 9. 1310 a, 10 in *ἔχω* voce ultimam litteram pallidius scriptam esse observavit Patzigius. Praeterea V, 12. 1316 b, 7 lacuna non relicta *ὀλιγαρχικ* tantum ab initio habuit codex, postea *ῆν* superscripsit p[1].

13) Ut in tribus inprimis libris prioribus et in sexto subsistam, cf. I, 3. 1253 b, 16. c. 8. 1256 b, 15. 32. II, 2. 1261 a, 32. c. 7. 1266 b, 20. c. 9. 1269 b, 10. III, 4. 1277 a, 3. IV, 8. 1294 a, 12. VI, 2. 1317 b, 30. c. 5. 1320 a, 12. c. 7. 8. 1321 a, 17. b, 18. Praeterea v. quae attuli in n. 10.

quale nusquam fortasse alibi nisi in Oecon. I, 2. 1343 a, 25 invenitur[14]). Sed eiusmodi haec est discrepantia, ut hic illic anne potius secundo generi aut primo verba inter lineas aut in margine adscripta tribuenda sint certo nequeat diiudicari: quamobrem non nisi eis locis, qui aperte idem cum verbis continuis atramentum offerunt, aut hanc notam: corr.[1] aut hanc: mg.[1], quoad aut inter lineas aut in margine quaedam adiecta sunt, impertiam aut alteram lectionem supra alteram eadem ratione qua ipse librarius scribam, eademque cautione p[1] et mg. p[1] notas adhibebo: ceterum in nuda significatione aut correctionis aut marginis ita subsistam, ut ubi in adnotatione nihil nisi quae habet „pr. P[1]“ a me indicatur, hoc indicio sit lectionem mihi receptam inter lineas additam esse in P[1], sed aut priorum duorum generum neutri esse tribuendam aut non satis accurate posse decerni, utrum in altero utro eorum an in tertia classe sit ponenda[15]). Quin etiam loci extant quamquam paucissimi, velut II, 6. 1265 b, 4. c. 11. 1272 b, 39. III, 5. 1278 b, 3. c. 13. 1283 a, 27. IV, 15. 1300 a, 37 sqq., quibus plures correctiones aut lectionum varietates vel eisdem vel diversis temporibus additae sint. Quibus e rebus ut iam colliges etiam plures codices quam duos illos **A** et **B** aut certe unum praeter eos tertium (**C**) Demetrio in usu fuisse, ita omnem dubitationem tollunt quae non nigro sed rubro pigmento scripsit, quoniam eorum quoque, ut vidit Patzigius, genus est duplex. Quem enim prae se ferunt rubrum colorem librorum tituli, velut *ἀριστοτέλους πολιτικῶν πρῶτον, δεύτερον, βιβλίον τρίτον* etc., et secundi littera initialis (in ceteris enim libris spatia primarum litterarum vacua remanserunt), idem etiam conspicitur in magna parte glossarum in margine adscriptarum, et huiusmodi scholia ut omnia in P[2] quoque leguntur et scribendi ratione cum ipsis verbis continuis glossisque nigratis plane consentiunt ita omnia item ex **A** deducta esse cur credendum sit, ex eis apparebit, quae de P[2] in medium sunt proferenda. Multo vero clarius est rubrum pigmentum, quo interdum in ipso textu usus est librarius ad verba

---

14) Ibi enim in *ἐπιμέλεια* vocabulo, quod est in fine paginae, *λει* in margine additum est: cf. append.

15) In libris a Patzigio collatis IV. V. VI. VIII. rarissime hoc factum esse invenient lectores: multo saepius Dahmsius rem decernere non ausus est. Ipsa Patzigi verba afferam: „Nur an zwei Stellen möchte „ich nicht entschieden bestimmen: IV, 1. 1289 a, 1 stimmt die Cor„rectur *ἐπαινοῦσι* der Dinte nach mit p[1] überein, aber nicht in der „Schrift, und IV, 15. 1299 a, 8 sind die am Rande nachgetragenen „Worte mit derselben schwarzen Dinte wie der Text geschrieben, „stechen aber durch ihre Schrift ab, so jedoch, dass sie p[1] nicht an„gehören. VIII, 7. 1342 b, 32 f. scheint die Ergänzung von p[1] herzu„rühren, doch kann man auch hier zweifeln.“ Praeterea tamen cf. quae in n. 12 de V, 9. 1310 a, 10 dixi.

quaedam oblitteranda[16]) et quo tres glossae marginales, quae in P^2 non item inveniuntur, IV, 9. 1294 a, 35. V, 1. 1301 b, 23. 26 sq., scriptae sunt nec non quae nomina propria ut in textu obvia in margine indicantur et quae hic illic argumenta itidem marginibus inspersa sunt duobus locis III, 4. 1276 b, 17 et VII, 8. 1328 a, 35 sqq. exceptis, quibus alterum illud obscurius pigmenti genus in verbis *πότερον ἡ αὐτὴ ἀρετὴ ἀνδρὸς ἀγαθοῦ καὶ σπουδαίου πολίτου* et *ὅρος πόλεως* exarandis adhibitum est[17]). Haec igitur omnia e tertio codice C derivata esse vix est quod dubites, quem vulgatae recensionis fuisse e V, 8. 1308 b, 11 concludendum est, cum ibi quoque ruber liquor, quo verba *καὶ ἐν μοναρχίᾳ* in omnibus istius recensionis libris (et recte quidem) omissa oblitterata sunt, secundi generis esse videatur. Ad nigratas autem glossas a rubricatis et rubricatarum duas species segregandas his notis utar: mg.^{1} P^1, mg. rubr.^{1} P^1, mg. rubr.^{2} P^1. Suas ipsius coniecturas si ullas codici a se scripto immiscuit Demetrius, paucissimae saltem numero sunt. Ceterum totius operis initium et singulorum fines ab eo titulis non sunt indicata. Iota subscripta saepe desunt. Vocabula plerumque plene scripta sunt, raro compendia adhibita. Spiritus asper a leni nonnunquam

---

16) II, 8. 1268 a, 18. c. 11. 1273 a, 13 sq. 1273 b, 6. VI, 8. 1321 b, 18. V, 8. 1308 b, 11. Contra alterum rubri liquoris genus ad oblitterandum adhibuit VIII, 3. 1338 b, 3.

17) I, 8. 1256 b, 32. *σόλων*. c. 11. 1258 b, 40 sq. *χάρης ὁ πάριος καὶ ἀπολλόδωρος ὁ λήμνιος*. II, 6. 1265 b, 12. *φείδων νομοθέτης*. c. 8. 1267 b, 22. *ἱππόδαμος*. c. 9. 1269 a, 29. *λακεδαιμονίων πολιτεία*. c. 10. 1271 b, 20. *κρητῶν πολιτεία*. c. 11. 1272 b, 24. *πολιτεία καρχηδονίων*. c. 12. 1274 a, 22. *ζάλευκος*. 23. *χαρώνδας καταναῖος*. 25. *ὀνομάκριτος*. 31. *φιλόλαος κορίνθιος*. III, 6. 1278 b, 8 sqq. *τί πολιτεία*. c. 7. 1279 a, 29. *τίνες αἱ ὀρθαὶ πολιτεῖαι*. 34. *βασιλεία*. 35. *ἀριστοκρατία*. 39. *πολιτεία*. b, 4 sqq. *παρεκβάσεις. τυραννὶς. ὀλιγαρχία. δημοκρατία*. c. 14. 1285 a, 1 sq. *ὅτι πλείω εἴδη βασιλείας*. 3. *ἓν εἶδος τῆς βασιλείας*. 16 sq. *β*^{ον} *εἶδος μοναρχίας*. 30. *γ*^{ον} *εἶδος*. b, 4 sqq. *δ*^{ον} *εἶδος*. 29. *ε*^{ον}. VII, 16. 1335 b, 20 sq. v. glossarum indicem. IV, 4. 1291 b, 30. *περὶ δημοκρατίας εἴπ*^{ὅν} *τῶν* (*π* et *τ* in ras.) *εἰδῶν αὐτῆς· ἓν εἶδος*. 39. *β*^{ον} *εἶδος*. 1292 a, 1. *γ*^{ον} *εἶδος*. 2. *δ*^{ον} *εἶδος*. 4. *ε*^{ον}. c. 5. ib. 39. *ὅτι ὀλιγαρχίας πλείω εἴδη*. 40. *ἓν εἶδος*. 41 sq. *β*^{ον} *εἶδος*. b, 4. *γ*^{ον} *εἶδος*. 5. *δ*^{ον} *εἶδος*. c. 7. 1293 a, 40. *ε*^{ον} *εἶδος ἢ τῷ κοινῷ προσαγορευομένη πολιτεία*. VI, 8. 1321 b, 12. *ἀρχὴ ἡ περὶ τὴν ἀγορὰν*. 18 sq. *ἀρχὴ ἡ τῶν περὶ ἄστυ δημοσίων καὶ ἰδίων*. 23. *ἀστυνομία*. 30. *ἀγρονόμοι ἢ ὑλωροί*. 33. *ἀποδέκται καὶ ταμίαι*. 38 sq. *ἱερομνήμονες*. 1322 a, 39. *στρατηγοί. πολέμαρχοι*. b, 3. *ναυαρχίαι. ἱππαρχίαι. ταξιαρχίαι*. 11. *εὔθυνοι ἢ λογισταὶ ἢ ἐξετασταὶ ἢ συνήγοροι*. 16. *πρόβουλοι*. 19. *ἱερεῖς*. 24 sq. *ἱεροποιοί. ναοφύλακες. ταμίαι*. 29. *ἄρχοντες ἢ βασιλεῖς ἢ πρυτάνεις*. 39 sq. *γυναικονομία. νομοφυλακία. παιδονομία. γυμνασιαρχία*. V, 5. 1304 b, 20. *μεταβολὴ δημοκρατίας*. c. 6. 1305 a, 36. *μεταβολὴ ὀλιγαρχίας*. 1306 b, 6. *μεταβολὴ πολιτείας*. c. 7. 1307 a, 22. *μεταβολὴ ἀριστοκρατίας*.

in hoc codice discerni nequit: quapropter hac in re e silentio meo nihil colligendum est. Primam codicum $P^{1.2.3.4.5.}$ M^s notitiam debemus editioni Goettlingianae, quoniam Hasius quas sibi ex eis excerpserat lectiones Goettlingio in eius usum permiserat: deinde libros omnes Parisinos admodum neglegenter denuo excussit Hilarius: ego ipse precibus meis a viro excellentissimo de Muehler, regis nostri augustissimi administro, cui de hac re gratias ago quam maximas[18]), impetravi, ut codices $P^{2.3.4.5.}$ domum reciperem, sed cum P^1 mihi denegaretur, pro me in hoc exemplo libros I. II. III. VII. accuratissime et liberalissime contulit Rudolphus Dahmsius, qui eis rebus exceptis, quas a Patzigio demum notatas esse supra dixi, quae ad universam codicis naturam penitus cognoscendam necessaria erant non solum diligentissime observavit, sed etiam maximam partem tam recte diiudicavit, ut paulum mihi ipsi in hac re operae relinqueretur: ceteros autem libros deinde in usum meum optime excussit Eduinus Patzigius ne minutiis quidem ullis neglectis. Et Dahmsius quidem hiatus et quae eiusmodi sunt inde a p. 1257 non amplius enotavit, Patzigius autem et Carolus Henningius per libros a Dahmsio collatos omnes paene locos, quibus M^s a ceteris codicibus in talibus rebus recedit, denuo inspexerunt, ita ut per hanc quoque operis partem ex apparatu meo certe qui sit consensus utriusque libri vel in huiusmodi rebus locis perpaucis exceptis plene perspici possit. Quae vero ad accentus pertinent a Patzigio mecum communicata, per octavum solum librum cuncta adnotabo.

M^s = Mediolanensis Ambrosianus B 105 (ordinis superioris) membranaceus 8^0 saeculo XV^0 exeunte potius quam ineunte eleganter scriptus. Continet Politica solum. Tituli libris II^0 et III^0 tantum praefiguntur et hi quidem: 'ΑΡΙΣΤoΤΕΛΟΥΣ ΠΟΛΙΤΙΚΩ͂Ν ΒΙ^{βλι} Β$^{-ον}$ et ΑΡΙϹΤΟΤЄΛΟΥϹ ΠΟΛΙΤΙΚΩ͂Ν ΒΙ^{βλι} Γ̄. Iota subscripta nulla occurrunt. Secundae manus vestigia fere nulla sunt. Loci enim inveniuntur admodum pauci, quibus quae lacuna relicta omisit ipse librarius addidit corrector uncialibus nonnunquam usus et spatii angustia ductus litterarum coartare coactus[19]), idemque scripsit quae in ultima pagina (f. 163^v) leguntur, *πεπονθέναι — πρέπον*, VIII, 7. 1342 b, 32—34: praeterea vero certa recentiorum emendationum exempla non nisi duo extant, I, 1. 1252 a, 8, ubi *εἶναι* a saeculi, ut videtur, XVI^i manu adiectum, et VI, 6. 1321 a, 6, ubi correctio marginalis certe

---

18) Neque minores, ut par est, de pecunia mihi postea liberaliter decreta, qua alios codices ut per alios pro me excuterentur curarem.

19) Exempla, quae notavit Schoellius, haec sunt: VII, 6. 1327 a, 33. VIII, 4. 1338 b, 21. c. 5. 1340 a, 12. 13. c. 6. 1341 b, 4. IV, 13. 1298 a, 13. V, 4. 1304 a, 17., et horum locorum duobus, 1340 a, 12. 13. et 1298 a, 13., eadem similisve lacuna etiam in *Γ* erat.

non ab ipso librario profecta est. Paucas lectiones ex initiis librorum primi et secundi e copiis Hasianis divulgavit Goettlingius, meum in usum postquam Studemundus, qua est humanitate, primum librum et ultimam partem secundi nec non alias quasdam particulas cum pulvisculo excussit[20]), cetera non minus accurate recensuit et Studemundi et meis precibus comiter satisfaciens Rudolphus Schoellius. Qui ex compendiorum natura libri archetypum saeculo XIII° aut XIV° antiquius non fuisse collegit, unde vel ipsum illum codicem, quem vertendo expressit Guilelmus, saeculum XIIum exiens aut XIIIum iniens aetate non superasse ex magno vitiorum numero mirum in modum Guilelmo et Ambrosiano communium concludendum esse videtur. Omnino etiam magis Ms quam P¹ cum vetusta translatione conspirat, quamquam etiam loci sunt plurimi, quibus duo illi libri inter se consentientes ab hac declinent, ut saepissime nullus alius fontium nostrorum cum eis faciat. Quin hic consensus vel ad tales res, qualis est hiatus, pertinet, nec non rarissime in utroque codice *οὐθείς* et *μηθείς* scribitur, quamobrem ego quoque hanc scribendi rationem paene semper cum altera *οὐδείς* et *μηδείς* commutavi. Ambrosiani autem librarius *οὐκ ἔτι*, *οὐδὲ μία*, *μηδὲ μία* et quae sunt eiusmodi scribere solitus haud dubie hac quoque in re archetypum suum secutus est. Ceterum huius compendia ibi tantum retinuit, ubi quid significarent aut nesciebat aut dubitabat: nonnunquam etiam falso solvit aut similia similibus permutavit[21]). Non sine externa quadam accuratione codicem scripsit, sed sine ulla meditatione: quo factum est, ut saepius quam ullus alius fontium nostrorum, ubi homoeoteleuta sunt, verba interiecta praeteriret. Glossas liber continet nullas, nisi quae in ipsa verba se insinuaverunt.

P⁵ = Parisinus 1858 s. Colbertinus 2401 membranaceus fol. min. saeculo XVI° ineleganter scriptus foliis primis erutis mutilus. Continet Politicorum partem posteriorem inde a verbis quinti libri 1306 a, 6. *ἐπιχειροῦσι τι κινεῖν* usque ad finem. Non solum singulis libris tituli rubri coloris praemittuntur, sed

20) Uno tantum loco, I, 2. 1252 b, 15, dubius sum et diffidere malim Studemundi silentio quam Goettlingio disertis verbis referenti non *ὁμοκάπους*, sed *ὁμοκάπνους* in Ms legi, ut hoc quoque loco cum *Γ* et P¹ consentiat liber, siquidem tam exigua differentia facile effugere potest etiam exercitatissimos oculos.

21) Velut II, 5. 1263 b, 11 *ἐλευθεριότατα* (similiter in P¹ *ἐλευθεριότητα*) habes pro *ἐλευθεριότητος* ex compendio *ἐλευθεριό*ττ et IV, 8. 1293 b, 25. *ὀρθότητος* pro *ὀρθοτάτης*, nec non compendia *μέσον* et *μόνον* significantia saepius inter se confusa et II, 8. 1267 b, 37. *με*, i. e. *μέρος* pro *μόνον* scriptum est: cf. etiam V, 4. 1303 b, 33. *ἑξίαι* pro *Ἑστιαίᾳ*.

etiam capita rubris litteris initialibus indicantur[22]), et inter singula enuntiata modo minora modo maiora spatia inveniuntur, ut vel capita in paragraphos divisa esse videantur. Ne tamen inde concludas Hilari suspicionem secutus ex exemplo typis impresso hunc librum esse descriptum, similes partitiones etiam in vetustae translationis codicibus inesse multo antiquioribus animadvertas, qua de re postea erit agendum. Mirum autem est in eis verbis, quae in vulgatae recensionis codicibus omissa hic liber cum paucis aliis et vetusta translatione servavit, eum aliis illis interdum accuratius cum hac consentire aut alias eiusdem sensus voces quam illos hic illic offerre, ut propensus facile fias ad credendum hos in eo locos non ex codice Graeco antiquiore, sed ex ipsa translatione Latina esse haustos: verum obstare videtur locus VIII, 3. 1337 b, 35, quippe in quo liber et ab hac et a codicibus affinibus recedat, quamquam potest hoc factum esse mera viri, qui eum scripsit, docti coniectura. Iota subscripta nulla apparent. Correctiones paucis exceptis ipsius sunt librari, ut quinquiens tantum septiensve alias deprehendamus emendatrices manus, quarum alterius, quae praeterea in calce totius operis addidit haec: *τέλος τοῦ ὀγδόου πολιτειῶν Ἀριστοτέλους*, vestigia VII, 2. 1324 b, 39 et VII, 13. 1332 a, 41 et fortasse VI, 8. 1322 a, 22, alterius VII, 6. 1327 a, 34. VIII, 2. 1337 b, 16. V, 12. 1316 a, 34 et fortasse V, 6. 1306 a, 36 occurrant. Quidnam significent lineae sub quibusdam verbis pallidiore atramento scriptae, ignoro, certe eorum delendorum signa procul dubio non sunt: utut tamen se res habet, haec equidem verba addita nota hac: „c. lin.“ in apparatu critico afferam. Nonnullas huic codici debemus lectiones peculiares, quae etiamsi fortasse aut ex parte aut omnes coniectura tantum nituntur, nihilominus dignae sunt quae in verba scriptoris recipiantur. Etsi autem hic illic solus cum vetusta interpretatione conspirat, aliis tamen locis saepissime declinat ad pessimorum librorum lectiones. Post Hasium et Hilarium ipse eum perlustravi, omnes tamen rasuras indicare in libris eius generis, cuius sunt P^4 et P^5, supervacaneum habui. E primo folio nonnullas lectiones etiam Bekkerus attulit.

Inspexi etiam eiusdem fere, nisi fallor, temporis codicem Paris. 963 inter complura Basilii Magni, Libani, Aristidis, Iuliani, Plethonis, Isocratis, aliorum opera pauca quoque ex Ethicis et Politicis excerpta continentem (f. 294—298), quae in Politicis sine dubio ex huius familiae libro derivata sunt.

Ex eadem recensione praeterea fluxerunt correctionum, quas passus est P^4 codex infra describendus, longe maior pars et paucae quoque eius lectiones in ipsis verbis continuis ex nulla mutatione profectae nec non correctiones quaedam et variae lectio-

22) Locos, quibus tali modo capita indicantur, enumerabo infra n. 70.

nes et glossae codici P^2 inculcatae, de quibus postea erit accuratius agendum: rara etiam in aliis libris, velut in P^6 R^b L^s C^4 et in recentiorum manuum correctionibus, quas in Q^h et V^h invenimus, huius recensionis vestigia occurrunt[23]): denique Leonardus Aretinus interpres interdum Latine reddidit quae ut a maiore codicum parte deflectunt ita cum Guilelmi translatione concinunt, ut is quoque codice similem in modum emendato haud dubie usus sit.

De aetate huius recensionis fere haec sunt quae e libris erui queant. Et Guilelmi codicem et alterum Demetri Chalcondylae eum, quem **A** appellavimus, et eum, ex quo descriptus est M^s, et eum, secundum quem correctus maioreque scholiorum parte auctus est P^2, iam propter earundem glossarum communionem ad unum idemque exemplar antiquius et ipsum omnium horum scholiorum farragine instructum revocandos esse certissimum est, atque vix aliter se res habet de lectionum, quae in P^4 huius generis sunt, primaria origine, quoniam idem vitium atque in $\Gamma M^s P^1$, *οὐσιῶν* pro *θυσιῶν*, III, 14. 1285 b, 10, etiam in mg. P^4 apparet. Hoc autem universae huius familiae, quoad eius soboles ad nos pervenit, archetypum propter glossarum futilitatem, quae, ut e scholio apparet ad V, 12. 1316 a, 5 sqq. adscripto, post Procli Neoplatonici tempus exortae, sive argumentum spectas sive linguam, aperte produnt ingenium aetatis Byzantinae[24]), non admodum antiquum fuisse credas. Attamen cum mendosum illud *οὐσιῶν* pro *θυσιῶν* et paulo post v. 17 *οὐσίαι* pro *θυσίαι* in $\Gamma M^s P^1$ nec non II, 9. 1271 a, 27 et c. 10. 1272 a, 2 *φιλίτια* pro *φιδίτια* et c. 11. 1272 b, 34 *φιλιτίοις* pro *φιδιτίοις* a Γ M^s et pr. P^1 oblata hoc exemplar maiusculis litteris scriptum fuisse probent, saeculum certe *nonum* aut *octavum* aetate superavit. Utrum autem hic liber totius recensionis antiquissimus codex fuerit ille, quem ipse recensionis conditor exaravit, an multo paulove iunior, admodum

---

23) De C^4 cf. I, 3. 1253 b, 17. 27. et de rc. C^4 ib. v. 37., de P^6 et L^s I, 2. 1252 b, 15. V, 7. 1307 b, 18., de R^b I, 1. 1252 a, 5. VI, 1. 1317 a, 39. V, 1. 1301 a, 30. 1301 b, 26. c. 2. 1302 a, 18. c. 4. 1303 b, 31. c. 7. 1307 b, 18. c. 9. 1309 b, 37. c. 11. 1313 b, 2. (praeterea v. c. 3. 1303 a, 36. c. 6. 1306 b, 20. c. 10. 1311 a, 32), de rc. V^b I, 3. 1253 b, 27., de rc. Q^b II, 11. 1273 a, 35. III, 13. 1283 a, 27. IV, 6. 1293 a, 21. 25. c. 14. 1298 b, 35. V, 1. 1301 a, 30. b, 26. (praeterea v. II, 4. 1262 b, 4. III, 17. 1288 a, 23. IV, 4. 1292 a, 9. c. 16. 1300 b, 39).

24) Inter omnia scholia a codicibus oblata duo tantum, VII, 16. 1335 a, 19. et V, 12. 1316 a, 5 sqq., accuratiorem exhibent rerum antiquarum cognitionem, labentis autem Graecitatis signa haud ita rara sunt in his glossis, velut II, 6. 1266 a, 14. III, 5. 1278 a, 29. V, 5. 1305 a, 32. c. 6. 1306 b, 9. IV, 4. 1290 b, 29. cf. Addenda ad II, 16. 1287 b, 15. Haud mala est adnotatio grammatica VII, 15. 1334 a, 28, sed haec glossa ex altera recensione vulgata originem traxit.

dubia res est, de qua num accuratiora quaedam e locis Politicorum a praecedentis temporis scriptoribus citatis elici queant, postea erit videndum.

Alteram recensionem, quam eam ob caussam **vulgatam** dicere possis, secuntur ceteri libri omnes. Sed eorum ipsorum duplex est genus, alterum melius alterum deterius. Et **meliores** quidem sunt P^2 et P^3, **deteriores**, ut de P^5 taceam, P^4 P^6 L^s et Bekkeriani praeter P^2 omnes, quibus accedunt nonnulli Parisini fragmenta tantum operis complectentes, e quibus pauca divulgavit Hilarius, 2041. 2042. 2043, eiusdemque generis fuerunt codices Aldi et Camerari. Medium quendam locum tenet C^4, et idem cadit in Aretini librum, qui etsi utri generi magis adnumerandus sit, ex Aretini translatione satis accurate definiri nequit, videtur tamen saepius cum meliore concordasse. Utut autem haec se res habet, propriae sunt huius translationis aliquae lectiones partim praestantissimae partim certe non contemnendae a ceteris fontibus aut omnibus aut paene omnibus alienae, quas vix omnes coniectando assecutus est Leonardus[25]), et codex, quo usus est et qui Pallae Strozzi, viri nobilis Florentini, erat, ut primus fuit inter libros Graecos Aristotelis Politica continentes, qui in Italiam sunt translati[26]), ita ante saeculum certe XV^um exaratus esse videtur servatisque codicibus si non omnibus tamen longe plurimis antiquior fuit. Quem anno MCDXXIX a Francisco Philelpho e Graecia deductum esse scite coniecit Onckenius[27]).

---

25) Cf. inprimis I, 2. 1252 a, 33. c. 3. 1253 b, 10. c. 8. 1256 b, 15. c. 13. 1260 b, 4. 12. II, 2. 1261 a, 34. c. 3. 1262 a, 2 (Γ). c. 5. 1263 b, 4 (P^1). 1264 a, 2 (?). 19. c. 8. 1268 b, 1. 5 (Γ?). 6. c. 9. 1270 a, 13 sq. b, 15 (similiter Γ: cf. Addenda). c. 11. 1272 b, 30. 1273 a, 39. c. 12. 1274 a, 30. III, 1. 2. 1275 a, 19. b, 21 (Γ). 37. c. 4. 1277 b, 10 (Γ). c. 9. 1280 a, 24 (Γ). b, 1. 23 (?). c. 14. 1285 a, 13 (Γ). c. 15. 1286 b, 25. c. 17. 1288 a, 10 (?). VII, 1. 1323 b, 8. c. 2. 1324 a, 24. c. 4. 1325 b, 38 (Γ). c. 6. 1327 a, 34 (Γ pr. P^5). c. 9. 1329 a, 34. c. 11. 12. 1331 a, 10. 24 (P^4). c. 14. 1332 b, 36. 36 (P^1). c. 16. 1335 b, 16 (Γ). c. 17. 1336 a, 35 (Γ). b, 2 (Γ). 1337 a, 7 (? Γ). VIII, 1. 1337 a, 14. c. 5. 1339 a, 20 (mg. rc. b). 1340 a, 27. c. 7. 1342 a, 12. IV, 1. 1289 a, 3 (Γ). c. 3. 1289 b, 38 (Γ). c. 4. 1291 a, 21 (Γ). b, 28. c. 8. 1294 a, 2. c. 11. 1295 a, 28 (L^s C^o). 1296 a, 9. c. 14. 1298 b, 12 (Γ). 16. c. 15. 16. 1299 b, 14. 36. 1300 a, 26. 27. 37 (mg. p^1). b, 4. 14. VI, 1. 1317 a, 12 (R^b). c. 2. 1317 b, 41. 1318 a, 7 (P^5). c. 4. 1319 a, 36. c. 5. 1320 a, 21. 38. b, 15 (Γ). c. 8. 1322 a, 27 (Γ). V, 1. 1301 b, 5. c. 3. 1303 a, 24 (?). c. 7. 1307 b, 7 (cod. Vict.). 9 (?). c. 10. 1311 a, 10 (corr. P^5).

26) Cf. Oncken. l. l. p. 78: „die Handschrift, welche Lionardo Bruni benutzte, befand sich im Besitze des florentinischen Adligen Palla Strozzi und war die erste, welche im 15. Jahrhundert in Italien bekannt wurde, nach der Versicherung des Vespasiano Fiorentino an einer von Mehus, Vita Ambros. Camaldul. p. 360 angeführten Stelle: La politica di Aristotele non era in Italia se Messer Palla non l'avesse fatta venir lui da Constantinopoli e quando Messer Lionardo la tradusse, ebbe la copia di Messer Palla.“

27) L. l. p. 78 sq.: „Da wir ans einem ums Jahr 1429 geschriebe-

P^2, apud Bekkerum, qui hunc solum per totum opus comparavit, I^b, est codex Parisinus Coislinianus 161 bombycinus 4^o mai. saeculo XIV^o haud quidem eleganter sed accurate ac perspicue scriptus. Inter libros olim erat monasteri Athanasiani in Atho monte conditi, quoniam in fronte haec verba habet: *Βιβλίον τῆς ἁγίας λαύρας τοῦ ἁγίου ἀθανασίου τῶν κατηχουμένων* et in exitu haec: *Βιβλίον τῶν κατηχουμένων τῆς ἁγίας λαύρας τοῦ ἁγίου ἀθανασίου.* Continet Magna Moralia (f. 1—15), Ethica Nicomachea[28]) cum commentariis (f. 16—165), Politica (f. 168—219), Oeconomica (f. 220—225^r), Metaphysica[29]) cum

---

nen Briefe des Humanisten Francesco Filelfo an Ambrogio Traversari (Ambros. Travers. Opp. II, 1010) wissen, dass unter den zahlreichen altgriechischen Schriften, die er während seines siebenjährigen Aufenthalts in Constantinopel gesammelt hat, sich auch die Politik und Oekonomik des Aristoteles befinde, und da wir ferner wissen, dass derselbe Filelfo sich am Ende dieses Jahres zu Florenz aufhält, wo Palla Strozzi zu seinen eifrigsten Freunden und Bewunderern gehört (vgl. Nisard Les gladiateurs de la république des lettres aux XV, XVI et XVII siècles, Paris 1860. I. Bd. S. 8), so liegt die Vermuthung nahe, dass die oben bezeichnete erste griechische Handschrift der Politik, welche in Italien bekannt wurde, die von Filelfo 1429 mitgebrachte ist."

28) In Magnis Moralibus saepius congruit cum K^b quam cum M^b. Contuli enim initium cum textu Bekkeriano et hanc inveni lectionum varietatem: 1181 a, 24. *ἠθῶν* (sic etiam M^b). 26. *δόξειεν* P^2 K^b. 27. *γὰρ*] *δ'* P^2 K^b. 1182 a, 9. *τίνων ἐστὶ* et *οὐδὲ*. 16. *τοῦτον* K^b et pr. P^2 (*ων* superscr.). 23 sq. *δὲ ταῦτα*. 25. *ἑκάστω*. 28. *τοῦ ἀγαθοῦ*. 32. *τούτου*. 36. *βέλτιον* P^2 K^b M^b. b, 5. *τοῦ* om. et *ἀγαθοῦ* post 6. *λεκτέον*. 11. post *οὐ* add. *οὐκ ἔστι δὲ ταὐτόν*. 16. *ἅπασιν* P^2 M^b. 20. *τὸ* om. P^2 K^b. 21. *ἐὰν* K^b M^b, in P^2 verbum cum antecedente et sequente plane evanuit. 35. *ὃ ἂν*] *ἐὰν* P^2 K^b. In Ethicorum autem Nicomacheorum prima pagina his locis differt a textu Bekkeriano: 1094 a, 1. *δὲ καί*. 3. *πάντα*. 8. *καὶ* om. 11. *ἢ* om. *χαλινοποιητικὴ*. 12. *αὗται* P^2 M^b. 15. *ὑφ' αὐτά*. 18. *τέλος* bis scr., crx. p^2. 19. *τὰ ἄλλα*. 22. *ἄρ*. 23. *καὶ καθάπερ*] *καθάπερ γὰρ* M^b corr.[1] P^2. 24. *τυγ-*
εν
χάνοιμεν. 25. *ποτέ*. 27. *δέ*. b, 1. *μαθεῖν* M^b corr.[1] P^2. 8. *τελειότερον* pr. P^2, *θειότερον* L^b corr.[3] P^2. 11. *μέθοδος αὕτη* P^2 M^b. 18. *ἀπ' αὐτῶν* om. P^2 et Paris. 1417 ap. Zellium. 28. *γιγνώσκει*.

29) In quibus recensendis eo usus est Bekkerus per libros *B M N*. Quod autem suspicatus est Bonitzius in Metaphysicorum editionis p. I. praef. p. VIII eundem in apparatu critico libri *Γ* per errorem siglum G^b posuisse pro siglo I^b, non ita se res habet. Nam 1003 a, 25. *θεω-*
τούτου
ροῦσι περὶ τοῦτο praebet G^b, *περὶ τοῦτο θεωροῦσι* P^2, *περὶ τοῦτο θεωροῦσι* E T, 1003 b, 4. *ὁμοίως* G^b, *ὁμοιοτρόπως* corr.[1] P^2 (*οτρο* in ras. et *πως* superscr. eod. atram.), v. 6. *οὐσία* G^b, *οὐσίαι* P^2, v. 9. *τι-*
ὸς *δὲ*
νὸς G^b, *τινῶν* P^2, *τινῶν* T, v. 22. *τά τε* G^b, *τά τε* P^2, *τὰ δὲ* A^b Alex., v. 28 sq. *ἔστιν ἄνθρωπος καὶ ἄνθρωπος καὶ εἷς ἄνθρωπος* P^2, om. igitur *ὁ* post *ἔστιν*, non om. G^b, v. 29. *οὐχ ὁρίζεται* G^b, *οὐ χωρίζεται* P^2. Simillimus autem P^2 codici in Metaphysicis est E^b, ut non recte maiorem illi quam huic auctoritatem tribuendam esse credat Bonitzius l. l. p. XVI. Ceterum v. quae scripsi in Philologi XXX. p. 419—425.

isagoge et Alexandri commentario (f. 226—405), commentationes a Syriano de Metaphysicorum libris *B M N* scriptas (f. 410—447)[30]: subiciuntur quaedam de providentia (f. 447ᵛ 448ʳ): quem autem ad Metaphysicorum *Γ* commentarium composuit idem Syrianus, legitur cum ipso hoc libro et Alexandri commentario coniunctus (f. 266—289ʳ), ut Syriani libellus (*συριανοῦ τοῦ φιλοξένου εἰς τὸ γ̄ τῆς μετὰ τὰ φυσικὰ ἀριστοτέλους πραγματείας ἔφοδος*) interiorem, Alexandri exteriorem marginem compleat, id quod librarius in calce commentationis de *B* scriptae (f. 421ʳ) indicat his verbis rubricatis: *ἐγράφη τὰ εἰς τὸ γ̄ τῶν μετὰ τὰ φυσικὰ τοῦ συριανοῦ ὅμου μετὰ τῆς ἐξηγήσεως τοῦ ἀλεξάνδρου ταύτῃ ὁμοίως κείμενα ἐν τοῖς περὶ τὸ κείμενον.* Post Hasium, Bekkerum, Hilarium ipse denuo hunc codicem contuli, nec poenitet me laboris suscepti, quoniam ita non solum quae observaverint quae neglexerint viri illi docti, quae recte quae non recte viderint, inprimis ubi de eisdem locis diversa referunt, diligenter examinare[31]), verum etiam totam codicis naturam accurate perscrutari licuit, id quod profecto magni momenti erat. Namque non idcirco dumtaxat liber ad verba scriptoris recte constituenda admodum utilis est, quia haud raro aut solus aut una cum P^3 veras lectiones servavit, ubi nos deserunt ceteri fontes, sed etiam quia locis compluribus nos arcet ab abusu vetustae translationis. Quamquam enim apud Bekkerum variant sigla corr I^b et rc I^b, tamen ego quidem praeter argumentorum indices, quos per primum librum in margine adscripsit altera manus[32]), recentiorum additamenta nusquam deprehendi,

---

30) Cf. Bonitz. in Alexandri Aphrodisiensis commentari in libros metaphysicos Aristotelis editionis (Berol. MDCCCXLVII) p. XI et XII. Qui nuper has Syriani commentationes edidit, Hermannus Usener, vir mihi amicissimus, non ipsum codicem adhibuit, sed apographum tantum alius libri Parisini (1896) a Brandisio factum et deinde secundum P^2 correctum: v. quae ipse de hac re praefatus est.

31) Qua in re, id quod vix credideram, a Bekkero praetermissa esse nonnulla animadverti, quae iam Goettlingius prorsus recte e copiis Hasianis evulgaverat. Ceterum lectores ubi alia apud me invenient atque apud unum aut plures eorum, qui antea codices $P^{1.2.3.4.5.}$ excusserunt, etiam atque etiam peto, ut mihi confidant, quippe qui ab his viris relata semper cum ipsis libris et ipse comparaverim et cum eis, qui meum in usum codicem Demetri Chalcondylae contulerunt, ut idem facerent, communicaverim.

32) c. 1. 1252 a, 1 sqq. *ὅτι ἡ πολιτικὴ κοινωνία ἀγαθοῦ τινος ἕνεκεν οὗ ἐφίεται.* 18 sqq. *ὅτι ἡ πολιτικὴ κοινωνία φύσει καὶ ὅλον τι σύνθετον ἐκ μερῶν.* c. 2. 1253 a, 18 sqq. *ὅτι ἡ πόλις φύσει πρότερον οἰκίας καὶ τῶν καθ᾽ ἕκαστον ἀνθρώπων.* 31 sqq. *ὅτι πάντων χείριστον ἄνθρωπος χωρισθεὶς νόμων καὶ δίκης.* c. 3. 1253 b, 1 sqq. *περὶ οἰκονομικῆς, ἣ ὅλον τι οὖσα ἐκ μερῶν συνέστηκε δεσποτικῆς γαμικῆς καὶ τεκνοποιητικῆς.* 14 sqq. *περὶ χρηματιστικῆς, ἧς ἕνεκα περὶ δεσποτείας καὶ δουλείας προδιοριστέον.* c. 4. v. 23 sq. *ὅτι ἡ κτητικὴ μέρος τῆς οἰκονομίας.* 32. *ὅτι ὁ δοῦλος κτῆμα ἔμψυχον.* c. 5. 1254 a, 17 sqq.

sed ipse librarius permultas correctiones, varias lectiones, glossas adiecit et hoc quidem diversis temporibus. Ut enim mutationes radendo tantum perfectas praetermittam, alia in ipso codice scribendo eodem atramento subiunxit, alia nigriore, alia pallidiore et luteolo, alia rubro pigmento[33]) postea scripsit, denique nonnulla inveniuntur, quorum atramenta neque cum illis omnibus neque fortasse semper inter sese concordant. Et haec quidem, ut a ceteris seiungam, corr.[4] appellabo: quae autem primo loco memoravi, si in margine inveniuntur, hac nota: mg.[1] signabo, sin inter lineas, aut corr.[1] vocabo aut ita reddam, ut super-
αλέου
scripta sunt, velut II, 12. 1274 b, 9: „φιλολάου P²“, id quod et in hoc codice et in ceteris omnibus non faciam, nisi altera lectio non solum eandem manum, sed etiam idem atramentum cum ipsis continuis verbis ostendit: secundae classis mutationes (corr.²), quales etiam in reliquis operibus ab hoc codice oblatis repperi, maximam partem coniecturas sapiunt, etsi vix eas ex ipsius librari ingenio haustas esse crediderim, ceterum certa earum exempla in Politicis per duos modo libros priores apparent, quae enim per posteriores eis adnumeravi, ipse incertus sum anne potius primo generi sint assignanda: supersunt tertium genus luteolum, cui, ubi inter lineas locum tenet, notam hanc: corr.³, ubi in margine, hanc: mg.³ tribuam, et quartum rubricatum, cuius p² et, ubi marginem sibi vindicavit, mg. p² apud me significatio erit. Atqui glossae, quas continet in libris politicis codex, ut paene omnes horum duorum generum sunt, ita magnam partem in P¹ quoque inveniuntur, qui liber, ut dixi, tribus tantum locis eiusmodi notas habet, ubi in P² desunt, et has quidem altero rubri pigmenti genere scriptas, et nonnullae earum in ipsa verba continua Mˢ codicis et inprimis vetustae translationis irrepserunt, attamen uno saltem loco, VIII, 7. 1342 a, 18, vox in *Γ* Mˢ P¹ omissa superscripta quidem est in P², sed tamquam glossa et recte quidem, nisi fallor, rubro pigmento est superscripta. Item correctionum variarumque lectionum et luteolo et rubicundo liquore scriptarum plurimae cum eadem illa recensione, e qua prodierunt *Γ*Mˢ P¹, concinunt. Unde patet librarium praeter codicem, quem descripsit, etiam altero illam recensionem secuto usum et ita usum esse,

---

ὅτι τὸ δοῦλον φύσει, εἰ καὶ μὴ πᾶν, ἀλλ' ἔστιν ὃ καὶ δι' ἄλλας αἰτίας. b, 2 sqq. *ὅτι ἐν τῷ ζώῳ δεσποτικὴ ἀρχὴ καὶ πολιτική, ἡ μὲν ψυχῆς ἡ δὲ νοῦ.* 16 sqq. *τίνες τῶν ἀνθρώπων φύσει δοῦλοι.* 27 sqq. *ὅτι καὶ τὰ σώματα τῶν ἐλευθέρων καὶ δούλων φύσει διαφέροντα.* c. 8. 1256 b, 23 sqq. *ὅτι ἡ πολεμικὴ φύσει κτητική, ἧς μέρος ἡ θηρευτική.* c. 9. v. 40 sqq. *περὶ χρηματιστικῆς καὶ ὅτι ἡ μὲν καπηλικὴ ἡ δ' οἰκονομική.* c. 10. 1258 a, 19 sqq. *ὅτι ἡ χρηματιστικὴ οὐ τοῦ οἰκονομικοῦ οὔτε τοῦ πολιτικοῦ.* b, 2 sq. *ὅτι εὐλόγως μισεῖται ἡ ὀβολοστατική.*

33) In ceteris codicis partibus interdum etiam caeruleum apparet.

ut lectiones et glossas ex eo enotaret, cumque inter ceteras quoque lectiones superscriptas aut in margine additas sint nonnullae eodem modo comparatae, iam inter scribendum codicem hic illic etiam alterum illum librum inspexisse putandus est[34]), tametsi in archetypo quoque eius primario paucis locis haud dubie iam duae lectiones iuxta positae erant, certe omnibus eis, quibus etiam in P[3] alteram supra alteram scriptam invenimus[35]). Quin etiam tertium forsitan librum adhibuerit, si quidem secundae classis correctiones illas nigriore atramento scriptas tali ratione extitisse vero proximum est. Partim rubra additamenta post luteola partim luteola post rubra facta esse documento sint, ut paucissimis exemplis sed clarissimis utar, quae adnotanda erunt ad I, 4. 1254 a, 10 et ad V, 8. 1308 b, 17. Sed ne ipsae quidem rubrae notae marginales cum rubris neque luteolae cum luteolis eodem tempore scriptae eque eodem fonte haustae sunt omnes, verum paucae, quarum in plurimis praeterea et color et litterarum ductus nonnihil a ceteris differunt, ut in P[1] non item leguntur, sic in P[3] potius item margini etsi a manu recentiore insertae sunt[36]): quin una earum V, 2. 1302 a, 28 sq. praeterea in P[4] et aliis eiusdem gregis codicibus in ipsa scriptoris verba penetravit. Sunt etiam perpaucae brevissimae eodem atramento quo verba continua scriptae, quae itidem in P[3] apparent a recentiore manu adiectae[37]). Haec igitur omnia ex ipso principali archetypo suo librarium nactum esse certissimum est[38]). Totius operis titulus non extat, singulorum vero librorum initia rubris

34) Hoc per ultimum inprimis libri octavi caput factum esse, satis apparet e lectionum varietate.

35) In ceteris quoque quae continet P[2] codex operibus saepissime duae eiusdem loci lectiones apparent, quarum alteram utram alii codices solam offerunt. V. quae supra ex eo enotavi. Ne autem quae in textu omissa in margine posita sunt pro glossis haberentur, nonnunquam eis et in P[2] et in P[3] additum est (et in P[2] quidem rubro liquore): *κείμενον*.

36) Uno tantum loco, IV, 1. 1288 b, 14 eiusmodi glossa in P[3] marginalis postea erasa in P[2] est interlinearis.

37) VII, 14. 1333 a, 29 sq. VI, 4. 1318 b, 38 sqq. 1319 b, 18 sq. 31 sq.: *γνώμη*. VII, 15. 1334 a, 20 sq. et VI, 5. 1320 a, 31 sq.: *παροιμία*. VII, 7. 1328 a, 3: *ση τὸ ἀρχιλόχου*. ib. v. 15: *π*. VII, 11. 1330 b, 32 sqq.: *σῆ ταῦτα περὶ τειχῶν* (*πόλεως* add. P[2]). VII, 7. 1327 b, 20 sqq., ubi in P[2] *σῆ* tantum adscriptum est, in P[3] *σῆ* cum addita altera voce legebatur, sed utraque vox erasa est. Semel iam prima manus in P[3] notulam adscripsit, I, 7. 1255 b, 28 sqq. (*παροιμία*): candem habet mg. p[2].

38) Quo factum est, ut uno loco, VII, 11. 1330 b, 24, duas notas eiusdem argumenti habeat mg.[3] P[2], alteram cum P[1] alteram cum P[3] communem, eiusdem alucinationis e diversis fontibus haustae insigne documentum, quamquam negari nequit in posteriore glossa non nisi aut altera nota aut verbis similibus praecedentibus ullum inesse sensum.

titulis, velut ἀριστοτέλους πολιτικῶν ᾱ, βῆτα etc., litterisque inceptivis indicantur eademque ratione in fine uniuscuiusque libri rubris litteris scripta leguntur τέλος πολιτικῶν ᾱ etc. et in fine totius operis τέλος ἀριστοτέλους πολιτικῶν. Iota subscripta vix ter quaterve addita sunt. Codex madore paululum est corruptus, ut inprimis in Magnis Moralibus complura, in Politicis superiorum praecipue in quibusdam paginis serierum particulae et nonnulla eorum, quae in marginibus scripta sunt, aut omnino legi hodie non possint aut saltem prope evanuerint.

P^3 = Parisinus 2026, sicut P^6 armis Henrici II ornatus, codicum omnium, qui nobis hoc opus Aristoteleum tradiderunt, antiquissimus, 8⁰ min. saeculo XIV⁰ ineunte non totus ab eadem, sed inde a verbis ἕλκοντας ἐφ' ἑκατέραν, VII, 5. 1326 b, 37 (f. 177) ab alia manu etiam elegantiore, totus vero admodum eleganter scriptus est. Post Hasium et Hilarium ipse denuo contuli. Non continet nisi Politica. Correxit eum pallidiore atramento paucisque glossis marginalibus auxit recentior manus[39]) aut idem aut eiusdem generis etiam melius exemplar secuta: nam emendationes fere semper cum P^2 consentiunt et notae marginales perpaucis exceptis secundum id, quod iam antea dixi, in illo quoque codice deprehenduntur, simillimi autem omnino inter se sunt, si eorum, quae ex altera recensione in P^2 transierunt, rationem non habemus, P^2 et P^3, ita tamen, ut P^2 e P^3 descriptus esse vix queat, etiam si post correctum demum P^3 hoc factum esse credere velis[40]). Permulta vero eorum, quae addidit recentior manus, postea rursus erasa aut abstersa sunt. Spatia vacua in finibus enuntiatorum relicta non paucis eis locis peculiaria sunt, quibus hanc rem adnotare placuit Hilario, sed multo pluribus communia, id quod semel monuisse satis erit. Iota subscripta rarissima sunt. Titulum totius operis tertia demum manus recentissima addidit hunc: ἀριστο(τλ) πολιτιχ̃ βιβ ὀκτὼ καὶ (quae secuntur, legere non potui), ipse librarius singulorum libro-

39) Nonnunquam quae in ipsis verbis mutando restituit perspicuitatis gratia simul in margine repetivit.

40) Sunt enim loci, quibus in P^3 a recentiore manu addita in P^2 in ipsis continuis verbis non erasis legantur, velut II, 10. 1271 b, 36. III, 5. 1278 b, 4 sq.. c. 16. 1287 b, 8. VII, 1. 1323 b, 40 sq. c. 14. 1333 b, 7 sq. VIII, 5. 1340 a, 8 sq. b, 7. c. 7. 1341 b, 32 sq. 1342 b, 17 sqq. 21. IV, 2. 1289 a, 29 sq. c. 14. 1298 b, 36. c. 16. 1301 a, 11. VI, 1. 1317 a, 6 sq. V, 11. 1313 b, 28 sq. 1314 b, 24. c. 12. 1316 a, 34. Cf. etiam I, 7. 1255 b, 27. VII, 11. 1330 b, 41. c. 12. 1331 b, 15. IV, 4. 1290 a, 32 sq. alia. Sed notandi sunt praeterea loci quales I, 2. 1253 a, 22. c. 8. 1256 a, 13. b, 7. c. 12. 13. 1259 b, 10. 26. 1260 a, 36. II, 9. 1271 a, 37. c. 11. 1273 a, 39. c. 12. 1274 b, 20. III, 9. 1280 a, 38. IV, 4. 1292 a, 1. c. 11. 1295 a, 38. b, 34. c. 14. 1298 b, 6. VI, 3. 1318 a, 27. c. 4. 1319 a, 37. V, 1. 1301 b, 26. 1302 a, 2. c. 3. 1303 a, 38. c. 4. 5. 1304 a, 9. b, 28. c. 6. 1306 a, 39. c. 8. 9. 1309 a, 7 (v. Addenda). b, 5.

rum initia rubris titulis, velut ἀριστοτέλους πολιτικῶν α̃, β̃ etc., litterisque capitalibus finesque septem priorum eiusdem coloris titulis velut τέλος πολιτικῶν α̃, β̃ etc. et octavi, hoc est totius operis exitum hoc: τέλος ἀριστοτέλους πολιτικῶν insignivit.

C[4] = Florentinus Castiglionensis IV (Acquisti nuovi) ex bibliotheca gentis Castiglionensis in Laurentianam translatus membranacco-chartaceus in fol. saeculo XV[0] totus ab codem librario scriptus continet Politica (f. 1—93[v]), epistulas Aristotelis ad Olympiadem, Alexandri ad Aristotelem, Aristotelis ad Alexandrum (f. 93[v]—94), Rhetorica ad Alexandrum (f. 95—126). Ipse librarius hic illic in margine varias lectiones adscripsit, et quae in textu inveniuntur correctiones maximam partem eius ipsius sunt, in initio tantum codicis manus recentior complura mutavit et quae ille omiserat adiecit, praeterea tamen notulae quaedam Graecae, Latinae, Italae marginibus inscriptae, velut nomina propria, quae in continuis verbis offeruntur, repetita, σῆ, παροιμία, *discrimen*, ὥσπερ ἐν φλωρεντία, *chome Andrea dalandriano* et quae sunt similia, aliam manum atque ipsius librari prae se ferunt. In primis foliis librarius in formis litterarum antiquius scribendi genus affectavit. Contulit mihi hunc codicem a Bekkero plane neglectum per tres locos, I, 1—5. 1252 a, 1—1254 a, 17. II, 1. 2. 1260 b, 27—1261 b, 15. IV, 1. 1288 b, 10—1289 a, 25, Rudolphus Schoellius atque hoc labore eius naturam satis patefecit. Per prima enim folia tantum cum P[2] et P[3] liber conspirat, postea vero cum deterioribus et, ut accuratius rem definiam, cum secunda quidem eorum specie sicuti ceteri codices Florentini.

Deteriorum enim librorum, etsi omnes tam arto inter se coniuncti sunt vinculo, ut ex eodem archetypo et hoc quidem alio atque libri P[2] et P[3] procul dubio derivati sint, nihilominus species sunt tres. Et prima quidem complectitur P[4.6.] Q M[b] U[b] C[C] L[s] codices, quibuscum nonnunquam consentit translatio Aretini et inter quos L[s] et U[b] hic illic a ceteris recedentes cum Aldina potius congruunt, secunda Q[b] R[b] S[b] T[b] V[b], quibus cognatione quadam adnexus est etiam P[5] [41]), tertia primae similior quam secundae W[b] et eum, ex quo fluxit editio princeps Aldina[42]). Sunt tamen loci, quibus unus alterve ex hoc librorum genere

41) Paucis tamen locis, velut VI, 2. 1318 a, 7. V, 10. 1311 a, 10, P[5] potius cum solo Aretino concinit, v. n. 25. Praeterea cf. VIII, 1. 1337 a, 18.

42) Quem non eundem fuisse cum W[b] e locis, quales sunt 1253 a, 7. 1254 a, 11. 13. 1317 a, 31 (ubi in solo W[b] deest ἑτέρας). 1318 b, 18 (ubi τυραννίδας — ὀλιγαρχίας a W[b] omissa praebet Ald.), satis apparet: tamen huic simillimus fuit.

non cum ceteris eiusdem speciei, sed cum alia specie conspiret[43]. Ceterum ne hi quidem codices, tametsi pauca tantum eis lucramur, in verbis scriptoris constituendis spernendi sunt prorsus: immo hic illic quidam eorum continent lectiones aut bonas aut certe non temere neglegendas easque vix omnes e meris coniecturis haustas, quas in melioribus frustra quaerimus[44]. Maxime hoc valet de prima serie, sed eadem simul interpolationibus et his quidem non tam fortuitis, quae e glossis irrepserunt, quam arbitrariis, quae ex emendandi studio extiterunt, nec non malis eiusdem generis mutationibus omnium maxime est referta, ut interdum ego certe decernere non audeam, utrum additamenta quaedam in hac praecipue codicum specie obvia lectiones sint antiquitus traditae, quorum testimonio confisi in fontibus alioqui melioribus lacunas non solum statuere, verum etiam inde explere non dubitemus, an nihil nisi coniecturae sive falsae sive verae: quapropter ubicunque tali ratione dubius haereo, reposui ea quidem in ipso textu, sed cancellis hisce ⟨ ⟩ circumscripta[45]. Inter ceteras species tertia his quoque in rebus omnibus nonnunquam cum prima concordat. Ut autem de mutua deteriorum quoque librorum ratione talem in modum iudicare possem, cum Bekkerus eius generis quos adhibuit nusquam simul adhibuerit omnes, item Schoelli potissimum insigni beneficio factum est, quippe qui mihi per prima quattuor operis capita (1252—1254 a, 17) non solum ipse libros Florentinos partim nunc primum partim post Bekkerum iterum accuratissime examinaverit, verum etiam Romanos per Hugonem Hinckium examinandos curaverit: praeterea idem opus in Venetis ab eo inchoatum perfecit Eruinus Rohdius: de novis autem in P^6 et L^s codicibus huius partis collationibus, quibus usus sum, institutis infra dicam. Praeterea per posteriores operis partes Schoellius Hinckiusque in omnibus codicibus Romanis et Florentinis singulos aliquot locos primi perlustraverunt denuoque inspexerunt alios, quibus a Bekkero vel expressis verbis vel, id quod idem valet, silentio suo falsa esse relata suspicatus essem:

43) Velut 1253 a, 1 T^b cum Q M^b et ibidem v. 12 sq. et b, 25 Q cum serie secunda et 1253 a, 25 T^b V^b cum prima et 1253 b, 25 M^b cum codicibus melioribus.

44) Exempli gratia cf. II, 12. 1274 b, 20 (L^s C^c). III, 14. 1285 b, 39. VII, 2. 1324 a, 22. c. 10. 1330 a, 30. c. 12. 1331 a, 24 (Ar. P^4). c. 14. 1333 b, 38. IV, 11. 1295 a, 28 (L^s C^c Ar.). VI, 1. 1317 a, 12 (R^b Ar.). c. 7. 1321 a, 6 (? R^b et rc. M^s). V, 3. 1302 b, 39 (R^b). Praeterea v. n. 45, ubi inter locos, quibus R^b consentit cum Π^1, neglexi V, 12. 1315 b, 35.

45) Cf. V, 9. 1309 b, 2. c. 11. 1313 b, 32. Contra II, 14. 1285 a, 19. ὅμως, etsi stare potest, secludere certius duxi. Aperte falsa sunt additamenta I, 10. 1258 a, 34. κέρδους. VII, 9. 1329 a, 1. πολίτας. c. 13. 1332 a, 31. αὐτήν. V, 12 1316 a, 1. τοῦ πλάτωνος, vera haud dubie et vix e meris coniecturis hausta IV, 12. 1296 b, 31. μᾶλλον, V, 1. 1302 a, 3. πολλοί. c. 5. 1303 b, 35. θατέρου. 1304 a, 15. θυγατέρα.

nec saepe me haec suspicio fefellit[46]). In talibus vero rebus, quales sunt hiatus, spiritus, ratio orthographica, a Bekkero lectionis varietatem e codicibus Aristoteleis non enotatam esse omnibus notum est, nec magis ego post quattuor illa capita e deterioribus libris praeter $P^{4.5.}$ eiusdem notitiam comparare mihi aut potui aut volui: quapropter quae eiusmodi inde ab hoc loco referam, ad M^s $P^{1.2.3.4.5.}$ et editionem principem tantum pertinent, velut 1254 b, 33, ubi in $P^{2.3.}$ *σώματ'* inesse adnotabo, inde nihil nisi a M^s $P^{1.4.}$ Ald. *σώματα* praeberi colligendum est, de ceteris rem in medio relinquo, et 1256 a, 36 nescio, Q S^b T^b utrum *ἀλείας* habeant an *ἁλιείας*[47]).

P^4 = Parisinus 2025 membranaceus 4⁰ saeculo XV⁰ manu eleganti scriptus continet Aristotelis Politica (f. 1—149ʳ) et Oeconomica (f. 149ᵛ—164). Tituli praefiguntur toti Politicorum operi et singulis Oeconomicorum libris hice: *'ΑΡΙΣΤΟΤΈΛΟΥΣ ΠΟΛΙΤΙΚΩ͂Ν ΒΙΒΛΊΑ Η', ΑΡΙΣΤΟΤΈΛΟΥΣ ΟἸΚΟΝΟΜΙΚᾺ ΒΙΒΛΊΑ ΔΎΟ, βιβλ. ᾶ', ΟΙΚΟΝΟΜΙΚῶΝ βιβλ. β͂'*. In fine utriusque operis alia, ut videtur, manu scriptum est τ͂ *'Αριστοτέλους πολιτικῶν τέλος* et *Οἰκονομικῶν τέλος*. In initiis librorum politicorum spatia vacua relicta sunt titulis implenda. Deest praeterea in vacuo cuiusque libri et politici et oeconomici littera prima capitalis, in primo tamen politico addidit hanc litteram scriptura vulgari manus recentior. Ceterae correctiones praeter unam (II, 1. 1261 a, 15) ab ipso librario sunt profectae, ut archetypo haud dubie secundum aliud exemplar et hoc quidem, id quod dixi, non ex eadem recensione derivatum emendato usus sit: hic illic etiam superscripto hoc signo: indicatur corruptela, sed desideratur alia lectio. Iota subscripta saepissime desunt. Post Hasium et Hilarium ipse denuo contuli. In Oeconomicis, in quibus paucas ex eo excerpsit varias lectiones Bekkerus, tot vitiis inquinatus est, quot vix alius codex, contra in Politicis non solum propter necessitudinem, qua cum altera recensione cohaeret, memorabilis, verum etiam ceteroqui non sine aliquo pretio est[48]).

P^6 = Parisinus 1857 membranaceus 8⁰ anno MCDXCII Ro-

46) Non tamen nimium hanc ob caussam virum summum reprehendam, immo vix evitabiles esse eiusmodi errores neminem fugit, quicunque unquam tales labores suscepit. Ubicunque autem vel tacite ab eo recedo, hoc nequaquam errore factum est.

47) *N ἐφελκυστικὸν* ubi Bekkerus posuit ego retinui, quamquam in M^s $P^{1.2.3.4.5.}$ codicibus paene nusquam nisi vocali sequente invenitur et scribendi tantum errore, ubi ante consonantem additur, hoc factum esse videtur.

48) Cf. n. 44. 45. Praeterea IV, 4. 1291 b, 32 soli $P^{1.4.}$ veram praebent lectionem *ὑπερέχειν*. Aliis quoque locis perpaucis hi duo codices soli inter se consentiunt, velut III, 11. 1282 a, 9. 27. cf. V, 1. 1302 a, 15.

mae scriptus est ab Ioanne Rhoso presbytero Cretensi. In folio enim ultimo 261 rubro pigmento notata sunt haec: Ὁ λαβὼν εἰς χεῖρας τὴν βίβλον ταύτην τοῦ ἀναγνῶν^{αι} γινωσκέτω ὅτι τὸ πρωτότυπον εὑρέθ̂ διεφθ^{ρ}αμένον σφόδρα et Μετεγράφη δὲ παρ' ἐμοῦ ἰωάννου πρεσβυτέρου ῥώσου τοῦ κρητὸς ἔτει ἀπὸ τῆς χῦ γενέσεως χιλιοστῷ τετρακοσιοστῷ ἐνενηκοστῷ δευτέρῳ μηνὸς φευρουαρίου εἰκοστὴ δευτέρα ἐν ῥώμῃ. Continet Politica (f. 1—232) et Oeconomica (f. 235—260). Tituli omnes et singulorum librorum primae litterae capitales et enuntiatorum litterae et post longiora intervalla totae voces primae nec non correctiones interlineares verbaque, quae in textu omissa erant, in margine suppleta itemque, ubi compendia in finibus versuum adhibuerat librarius, eadem verba plerumque in marginibus plena scriptura repetita rubro pigmento exarata sunt. Spatia igitur reliquerat, quae rubris litteris in codice, postquam scriptus esset, perlustrando et, ubi esset opus, corrigendo expleret. Omnia enim aut paene omnia additamenta et emendationes ipsius librari sunt: uno tantum, ut videtur, loco, I, 4. 1253 b, 29, correctio apparet nigra (πρωρεὺς in margine adscriptum), eaque simul alterius manus solum esse videtur vestigium. Paucas huius codicis lectiones in lucem protulit Bekkerus, multo plures Hilarius: in meum usum prima quattuor capita accurate excussit Patzigius singulosque quosdam locos posteriores inspexit.

L^s = Lipsiensis bibliothecae Paulinae 1335 chartaceus folio min. exeunte saeculo XV° aut ineunte XVI° scriptus complectitur Ethica Nicomachea (f. 1—77^r), Politica (f. 79—168^v), Oeconomica (f. 169—178^r), Rhetoricorum libros duos priores (f. 181—235^v). Postquam a Schneidero cum octavo et a Stahri amico cum primo et secundo libris collatus est, pro me quattuor priora libri primi capita denuo recensuit atque e partibus sequentibus complures lectiones enotavit Patzigius. Correctiones paucae numero omnesque ipsius librari sunt.

C^C significat in hac mea editione codicem a Camerario adhibitum.

Venio nunc ad libros Italos. Inter quos quae de Venetis Florentinisque relaturus sum, eximiae Schoelli debeo benignitati, de Romanis certiorem me fecerunt Studemundi Schoellique precibus commoti Augustus Wilmannsius et Hugo Hinckius.

Q = Marcianus Venetus 200 membranaceus in fol. anno MCDLVII[49]) ab Ioanne Rhoso in usum Bessarionis scriptus foliorum 594 Aristotelis opera omnia logicis exceptis continet. Poli-

49) Non MCDXLVII, id quod rettulerunt Zanettius (Graeca D. Marci Bibliotheca s. n. 200) eumque secutus Bonitzius in ed. Metaph. I. p. V.

tica[50]) inter Oeconomica et Rhetorica posita sunt f. 497—543. In initio leguntur haec: *Ἀριστοτέλους πάντα τὰ νῦν εὑρισκόμενα συγγράμματα πλὴν τῆς λογικῆς. βιβλίον ἄριστον. κτῆμα Βησσαρίωνος τὸ γένος Ἕλληνος τὴν ἀξίαν καρδηνάλεως τοῦ τῶν Τούσκλων.* Secuntur indices, quibus singulorum librorum initia et folia, in quibus inveniuntur, a Rhoso consignata sunt, et postremo haec nota: *Ταῦτα εἰσὶ πάντα τὰ Ἀριστοτελικὰ συγγράμματα πλὴν τοῦ ὀργάνου καὶ κατὰ ταύτην τὴν τάξιν ὀφείλουσι κεῖσθαι.* In fine autem subscripta sunt: *Ἐτελειώθη ἡ παροῦσα βίβλος ἐν ἔτει ἀπὸ Χριστοῦ αων νζ ἰνδ. ε΄ μηνὸς Ἰουλίου ιε΄ διὰ χειρὸς ἐμοῦ Ἰωάννου ἱερέως Ῥόσου τοῦ ἐκ Κρήτης δι' ὁρισμοῦ καὶ ἐξόδου τοῦ αἰδεσιμωτάτου ἐν Χριστῷ πατρὸς κυρίου Βησσαρίωνος Καρδινάλεως ἐπισκόπου τῶν Τούσκλων καὶ αὐθέντου ἡμετέρου ἐν Ῥώμῃ.* Notae marginales plane desunt, nisi quod bis terve aliquid correctum aut quod omissum erat additum est. Inspexit codicem Bekkerus per Politicorum librum I et per Oeconomicorum p. 1343 a. 1349 b—1354, pro me denuo liberalissime et accuratissime contulit p. 1252—1254 a, 17. Eruinus Rohdius.

M^b = Marcianus Venetus 213 membranaceus 4⁰ saeculo XV⁰ ineunte diligenter scriptus item erat *κτῆμα Βησσαρίωνος καρδηνάλεως τοῦ τῶν Τούσκλων*: continet Magna Moralia (f. 1—35), Ethica Nicomachea (f. 36—123ʳ), Ethica Eudemia (f. 123ᵛ—162), Oeconomica (f. 163—172), Politica (f. 173—276). Politicis titulus praecedit hic: *ΤΥΧΗι ΑΓΑΘΗ | Ἀριστοτέλους πολιτικῶν, ἄλφα.* In marginibus rarissime variae lectiones vel correctiones, saepe aliae notae, velut *Ϲαί*, *ὡραῖον*, *ἄλλο ἄτοπον*, *ὅρα τοῦτο* et argumentorum indices et quae sunt hoc genus alia[51]), aut a prima aut ab altera eiusdem temporis, certe omnia ab

50) Ea in hoc libro non descripta esse ex M^b, id quod facile credere possis, apparet, ut hac in re subsistam, e verbis ab M^b omissis, a Q servatis, *γὰρ* 1252 a, 18. *κοινωνία* b, 31. *ἂν* 1253 b, 26. Praeterea cf. 1253 a, 13. b, 25. 1254 b, 12 (*βέλτιον πᾶσι* M^b). 15 (*πάντων τῶν ἀνθρώπων* M^b). 1255 a, 24.

51) Velut I, 1. 1252 a, 1 sqq. *πᾶσα κοινωνία καὶ πόλις ἀγαθοῦ τινὸς στοχάζεται.* 7 sqq. *ὡς οὐ πλήθει καὶ ὀλιγότητι διαφέρουσι πολιτικὸς βασιλικὸς οἰκονομικός.* c. 2. *τί τὸ φύσει δεσποτικὸν καὶ τί τὸ φύσει δοῦλον.* c. 5. *εἰ ἔστι τις φύσει δοῦλος.* lib. V. *περὶ μεταβολῶν, φθορᾶς καὶ σωτηρίας πολιτειῶν.* V, 9. 1309 a, 39 sqq. *ἀπορία πῶς ποιητέον τὴν αἵρεσιν, εἴ τις μὴ πάντα ἔχοι.* IV, 15. 1300 a, 23 sqq. ut in tabula proposita sunt:

	τίνες	*ἐκ τίνων*	*τίνα τρόπον*
	ἢ πάντες ἢ τινὲς	*ἢ ἐκ πάντων ἢ ἐκ τινῶν*	*ἢ αἱρέσει ἢ κλήρῳ*
α	*ἢ πάντες ἐκ πάντων αἱρέσει*	*εἴτινες οἱ καθιστάντες ἢ ἐκ πάντων αἱρέσει*	
β	*ἢ πάντες ἐκ πάντων κλήρῳ*	*ἢ ἐκ πάντων κλήρῳ*	
γ	*καὶ ἢ ἐξ ἁπάντων ἢ ὡς ἀνὰ μέρος*	*ἢ ἔκ τινων αἱρέσει*	
δ	*ἢ ἀεὶ ἐξ ἁπάντων*	*ἢ ἔκ τινων κλήρῳ.*	

eadem manu adscripta sunt. In Ethicis Eudemiis bonae auctoritatis et non modo in Magnis Moralibus, verum etiam, ut recte iudicavit Bonitzius[52]), in Ethicis Nicomacheis post optimum et longe antiquissimum librum K[b] maxime notatu dignus, in Politicis, in quibus eum per priora libri primi capita p. 1252—1255 b, et in Oeconomicis, in quibus eum per p. 1343—1345 b adhibuit Bekkerus, plane nihil huic auxili tulit: iterum pro me perlustraverunt p. 1252 et 1253 a Schoellius et p. 1253 b — 1254 a, 17. Rohdius.

U[b] = Marcianus Venetus e bibliotheca S. Ioannis et Pauli, append. IV, 3. chartaceus, qui Politica et Oeconomica offert, anno MCDXCIV Romae scriptus est. Leguntur enim in calce Politicorum f. 237[v]: *τέλος σὺν θεῷ χάρις τοῦ παρόντος βιβλίου* et f. 238[r]: *Μετεγράφη τὸ παρὸν βιβλίον ἐν Ῥώμῃ χιλιοστῷ τετρακοσιοστῷ ἐνενηκοστῷ τετάρτῳ μηνὸς μαΐου εἰκοστῇ τετάρτῃ* et in calce Oeconomicorum f. 263[r]: *τέλος σὺν θεῷ ἁγίῳ τῶν οἰκονομικῶν Ἀριστοτέλους* et f. 263[v]: *Μετεγράφησαν τὰ παρόντα οἰκονομικὰ ἐν Ῥώμῃ τῇ ἁγίᾳ χιλιοστῷ τετρακοσιοστῷ ἐνενηκοστῷ τετάρτῳ μηνὸς Ἰουνίου τρίτῃ.* Ex aliquo Bessarionis exemplo hunc librum descriptum esse recte verisimile videtur Schoellio: tamen illud exemplar neque Q fuit neque M[b], immo maxime congruit U[b] cum L[s] [53]). Manum prodere videtur Rohdio aut ipsius Ioannis Rhosi aut admodum similem. Raro in marginibus verba, quae praetermissa erant, suppleta et variae lectiones atque notulae quaedam, velut *σῆ* et partitiones *α β γ* etc., et argumenta capitum, velut *περὶ δικαστηρίων* et similia, adiecta sunt ab ipso librario. Idem in ipso quoque textu pauca mutavit et varias lectiones hic illic superscripsit: alia vero correxit manus recentior. Enuntiatorum initia eodem modo quo in P[6] rubricata sunt, quin complura in eis verba hic illic rubro pigmento sunt scripta. Titulus praefigitur hic: *ἈΡΙΣΤΟΤΈΛΟΥΣ ΠΟΛΙΤΙΚΩ͂Ν ΒΙΒΛΊΑ ΟΚΤΏ. ΒΙΒΛΊΟΝ ΠΡΩ͂ΤΟΝ.* Usus est hoc codice Bekkerus in compluribus librorum politicorum II. III. IV. V. partibus, i. e. per 1260 b, 27 — 1267 b, 21.

52) Arist. Studien II. p. 8 (Comm. phil.-hist. acad. Vindob. XLI. p. 384) sq. n. 1.

53) Cf. inprimis 1252 b, 13. 25. 28. 1253 a, 1. 5. 6 sq. 9. 11. 12. 13. 18. 36. b, 20. 25. — Ubi manserit exemplar a Theodoro Gaza scriptum Humphredo Hodio (De Graecis illustribus linguae Graecae litterarumque humaniorum instaurationibus. Lond. MDCCXLII. p. 58) teste Venetiis asservatum in bibliotheca S. Antoni a Dominico Cardinali Grimano condita (cf. Oncken. l. l. p. 79), equidem nescio. Contra codicis Itali adhuc ignoti notitiam mihi aperuit Schoellius. Est is Perusinus 671 chartaceus 8° saeculo XV° satis diligenter, ut videtur, scriptus Politica sola continens, qui plures correctores et adnotatores invenit. Recensio teste Schoellio „eadem est atque Italicorum reliquorum librorum manu scriptorum“.

1275 b, 32—34. 1285 a. 1290 a, 24—b, 2. 1293 b. 1302 b, 28—1304 b, et Oeconomicorum per p. 1345 b—1349 b, 14: mihi eius lectiones per prima quattuor Politicorum capita indagavit Rohdius.

Q^b = Laurentianus 81, 5 membranaceus 4⁰ saeculo XV⁰ a manu eleganti, cui complures debet codices bibliotheca Laurentiana, scriptus est (cf. Bandini Cat. Gr. III. p. 223). In Politicis (f. 1—69ᵛ), quae sola cum Oeconomicis (f. 71—77ʳ) in hoc libro insunt, titulorum et litterarum initialium loco vacua tantum spatia inveniuntur, in utriusque Oeconomicorum libri initio certe prima littera capitalis rubro pigmento addita est. Rasurae et correctiones nec non additamenta marginalia et interlinearia partim ab ipso librario partim a manu paulo recentiore pallidiore atramento usa profecta sunt eaque maximam partem secundum id, quod iam supra de eis dixi, optima. Hic illic tamen lacunae apparent, quae raro tantum postea sunt expleta. Notulae non nisi ȣ. σῆ et quae sunt eiusmodi in marginibus inveniuntur. Q^b et S^b tam similes inter se sunt, ut recte inde Schoellius aut illum ex hoc aut utrumque ex eodem exemplari tertio descriptum esse concluserit. Adhibitus autem a Bekkero est Q^b per Politicorum libros II. III. IV. et in Oeconomicis per p. 1343 et 1345 b.

R^b = Laurentianus 81, 6 chartaceus 4⁰ exaratus est anno MCDXCIV, id quod patet e verbis (f. 177) subscriptis: *ἐτελειώθη διὰ χειρὸς Ἰω̃ου θετταλοῦ τοῦ σκουταριώτου ἐν πόλει φλωρεντία ἡμέρα τρίτῃ μηνὶ ὀκτωβρίω ἐν ἔτη* (sic!) *ἀπὸ χῦ γεννήσεως αω υ̃ ϛω Δω*. Secuntur a Politiano scripta *ἀγγέλου τοῦ πωλιτιανοῦ κτῆμα καὶ τῶν φίλων*. Politicos libros (f. 1—177ʳ) excipiunt Aeschyli Prometheus aliaque, de quibus cf. Bandini III. p. 223 sqq. Correctiones paene omnino desunt: raro vox omissa a librario in margine adiungitur. Recensuit codicem Bekkerus per libros VI. V. Ceterum ei quoque tanta cum Q^b similitudo est, ut ex hoc libro antiquiore correctiones, quibus postea instructus est, iam experto cum derivatum esse facile credere possis: verumenimvero habet lectiones quasdam peculiares maximam partem probandas partim ipsi proprias partim, id quod iam supra adnotavi, cum vetusta translatione codicibusque ei affinibus communes[54]).

S^b = Laurentianus 81, 21 membranaceus Politica et Oeconomica (f. 113ᵛ—125) complectens 8⁰ saeculo XV⁰ plane eadem ratione atque Q^b et aut eodem aut paulo priore (vix paulo posteriore) tempore scriptus est. Spatia titulis litterisque initialibus explenda in hoc quoque codice vacua manserunt, etiam in Oeconomicis. Lacunae utrique libro communes sunt, attamen in S^b paene semper vel ibi manserunt, ubi in Q^b postea verba refecta

54) V. n. 23 et n. 44.

sunt, et omnino rarissime in S^b deprehenduntur correctiones et notae marginales, quae omnes sunt alterius manus paulo recentioris. Si alter codex ex altero descriptus est, hoc certe est factum, antequam prior eorum esset correctus. Ceterum cf. Bandini III. p. 234. A Bekkero S^b comparatus est per Politicorum libros I. VII. VIII. et in Oeconomicis totus.

T^b = Urbinas 46 membranaceus saeculi XV^i Politica et (inde a f. 111^v) Oeconomica complectens etiam artius cum V^b quam cum Q^b R^b S^b cohaerere videtur[55]). Perpaucas continet recentioris manus correctiones. Adhibitus est a Bekkero per Politicorum libros I. II. III. VIII. et in Oeconomicis item totus.

V^b = Vaticano-Palatinus 160 membranaceus in fol. min. saeculo XV^0 ab eodem librario atque R^b scriptus est. Nam in fol. 2^v ab eadem manu, quae codicem exaravit, notata sunt haec: *ἐγράφη ἐν φλωρεντεία παρ' ἐμοῦ θετταλοῦ ἰω̃^ου' τοῦ σκουταριώτου.* Insunt Politica (f. 1—102^r), Rhetorica (f. 103^r—160^v), Rhetorica ad Alexandrum (f. 161^r—186^r), epistulae Aristotelis ad Olympiadem et ad Alexandrum et Alexandri ad Aristotelem (f. 186). Correctus est codex a manu recentiore[56]). Excussit eum Bekkerus per Politicorum libros VII. IV. V. et per Rhetorica ad Alexandrum.

W^b = Reginensis 125 chartaceus saeculi XV^i Ethica Nicomachea (f. 1—111), Politicorum libros VII. et VIII. (f. 112^r sqq.), Oeconomica (f. 142^r sqq.), Magna Moralia (f. 156^r sqq.), Ethica Eudemia (f. 199^v sqq.), Politicorum libros I.—VI. (f. 281^r sqq.) continens a Bekkero usurpatus est per Politicorum librum VI. et per Oeconomicorum p. 1343—1344 a, 8. 1345 b, 1—10.

Iam ut omnia in unum complectar priorum L^s codicis et editionis Aldinae collationum, ut quae non satis accuratae fuerint, ratione non habita, collati sunt praeter M^s $P^{1.2.3.4.}$ libri hice:

1252—1254 a, 17:	P^6 C^4 Q M^b Q^b R^b S^b T^b U^b V^b W^b L^s una cum Aldina.
1254 a, 17—1255 a, 40:	Q M^b S^b T^b
1255 b, 1—1260 b, 24:	Q S^b T^b
1260 b, 27—1261 b, 15:	C^4 Q^b T^b U^b
1261 b, 16—1267 b, 21:	Q^b T^b U^b
1267 b, 22—1275 b, 31:	Q^b T^b
1275 b, 32—34:	Q^b T^b U^b
1275 b, 35—1284 b, 41:	Q^b T^b
1285 a, 1—39:	Q^b T^b U^b
1285 b, 1—1288 b, 6:	Q^b T^b
1323 a, 14—1337 a, 7:	P^5 S^b V^b

55) Cf. I, 2. 3. 1253 a, 6. 19. 25. 26. b, 16. 20. III, 14. 1285 a, 19.

56) Hae correctiones per quattuor prima capita memorabilem in modum consentiunt cum C^4.

1337 a, 11—1342 b, 34: P^5 S^b T^b
1288 b, 10—1289 a, 25: C^4 Q^b V^b
1289 a, 26—1290 a, 23: Q^b V^b
1290 a, 24—1290 b, 2: Q^b U^b V^b.
1290 b, 2—1293 a, 42: Q^b V^b
1293 b, 1—42: Q^b U^b V^b
1294 a, 1—1301 a, 15: Q^b V^b
1316 b, 31—1323 a, 10: P^5 R^b W^b
1301 a, 19—1302 b, 27: R^b V^b
1302 b, 28—1304 a, 39: R^b U^b V^b
1304 b, 1—1306 a, 5: R^b V^b
1306 a, 6—1316 b, 27: P^5 R^b V^b.

Attamen inde a 1254 a, 17 varias eorum omnium praeter P^5 lectiones fere tum tantum commemorabo, cum meorum fontium unum pluresve habent consentientes, neque aliter agam cum editione Aldina, quoniam hoc sufficit ad veram rei naturam pernoscendam neque ea mens mea est, ut futili farragine ultra necessitatem lectoribus taedium afferam. Quin etiam futuros editores laudabo, si e P^4 et P^5 et ceteris codicibus deterioribus non nisi paucas lectiones eorum proprias sive bonas sive aliam ob caussam memorabiles et ex M^s $P^{1.2.3.}$ quoque libris atque ex ipsa vetusta translatione non nisi delectum variarum lectionum in apparatum criticum receperint. Ego autem, ut cui eo usque progredi nondum liceat, tamen brevitati quam maxime studens siglis utar etiam hisce:

Π significat superstitum codicum omnium et editionis Aldinae consensum.

Π[1] ponam, ubi *Γ* M^s P^1 et in eis operis partibus, quae in P^5 quoque insunt, hic simul codex eandem lectionem praebent, contra

Π[2] ibi, ubi omnes vulgatae recensionis libri et editio princeps in eadem conspirant, denique

Π[3] ibi, ubi consensus in deterioribus huius familiae codicibus, quoad collati sunt, et Aldina substitit, unde sequitur praeter P^4 et Aldinam diversos libros per diversas operis partes hac nota insigniri, velut per 1254 a, 17—1255 a, 40 Q M^b S^b T^b, per 1260 b, 27—1261 b, 15 Q^b T^b U^b, per 1304 b, 1—1316 b, 27 R^b V^b, per sextum librum R^b W^b.

Ar. = Leonardi Aretini translatio Latina a Schneidero collata est secundum editionem Florentinam anni MDXXXVIII et Lipsiensem inde repetitam. Ego usus sum editione Iuntina anni MDLVIII Caroli Halmi humanitate mihi concessam e bibliotheca Monacensi, de qua infra accuratius agam, cum ad interpretationis a Guilelmo Moerbecensi conditae codices describendos pervenero. Klugius autem cum in libri, qui inscriptus est Aristoteles de Politia Carthaginiensium, p. 182 sq., suspicionem moverit de duplice

huius versionis recensione, genuina et adulterina, ut similis sit eius condicio atque Platonis translationis Ficinianae, rogantem me Halmius certiorem fecit editionem mecum communicatam comparatam esse cum aliis editionibus nihilque maioris discriminis ab eis ostendisse. Attamen saepius declinat et recte quidem, ut videtur, declinat ab exemplo Schneideriano nec raro Schneiderus verba ab Aretino omissa esse contendit, quae et in illa editione leguntur et in ea, quam continet Alberti Magni recensio a me adhibita, de qua infra dicam. Neque vero tanti momenti res est, ut operae pretium sit quomodo se habeat accuratius investigare. Tantum enim abest, ut recte contendat Schneiderus Aretinum „verbum ex verbo reddere solere"[57]), ut iusto saepius sensum multo magis quam litteram respexerit et in ea ipsa re haud raro facilius sibi satisfecerit nec sit ab omni vitiosae neglegentiae crimine liberandus. Saepius utitur tanta circuitione et circumscriptione, ut genuinorum scriptoris verborum vix vestigia recognoscas[58]): unde factum est, ut Schneiderus et rarius Coraes talibus locis cum longe alia in exemplo suo atque nos in nostris legisse male crederent et nonnunquam, cum veriora eis viderentur, ex illis verba aut mutarent aut certe mutanda forsitan esse censerent. Alios autem in locos, id quod ipsum Schneiderum non praeteriit, non minore in contrahendo licentia grassatus est. Verba permulta omisit, quia aut non satis intellexit aut aliam ob caussam ei incommoda erant in vertendo[59]), quamquam hac quoque in re Schneiderus interdum non interpretis socordiam, sed codicis manuscripti, quem interpretatus est, praestantiam agnoscendam esse opinatus est. Particulas velut *μέν*, *δέ*, *δή*, *καί*

---

57) Schneidero recte iam oblocutus est Stahrius in praef. editionis suae p. XXVII. Ipse tamen Schneiderus, inquit, saepissime „omnia ab Aretino in brevius contrahi" queritur, cuius rei satis multa exempla dedit ad VII. c. 1. §. 4.

58) Duos locos attulisse sufficiet VII, 14. 1332 b, 29 et c. 16. 1335 b, 22. *ὡρίσθαι* — 26. *ἔσται*, quae verba sic vertit: „ac si multitudo tanta prolis alicui contigerit, ut duplicatus sit filiorum numerus (nam is definitus esse debet), ad multitudinem nimiam evitandam antevenire oportet, ne fetus concipiantur: nam postquam concepti sunt et sensum aut vitam acceperint, nefas est attingere eos."

59) Velut I, 1. 2. 1252 a, 21. *περὶ τούτων μᾶλλον*. b, 25. *ἔτι καὶ*. c. 3. 4. 1253 b, 9. *ἀνώνυμον*. 10. *σύζευξις*. 25. *ὡρισμέναις*. c. 6. 7. 1255 a, 33. *αὑτοὺς*. 35. *καὶ ἐλεύθερον*. b, 25. *ἐγκύκλια*. c. 8. 1256 a, 30. *πολὺ*. 33. *διὰ τὰς νομὰς*. c. 9. 1257 a, 7 sq. *καθ' αὑτό*. 25. *αὑτὰ*. b, 16. *ἐκεῖνον*. 1258 a, 9. *τοῦτο*. c. 11. 1258 b, 15. *πρὸς ἄλληλά τε*. 19. *τῶν πλωτῶν ἢ πτηνῶν*. c. 13. 1260 a, 7. *τοίνυν*. b, 9. *τῆς τε* — 10. *αὑτῶν*. II, 5. 1263 a, 36. *κἂν* — 37. *χώραν* (quorum verborum loco addit: „et vehiculis"). c. 8. 1268 b, 19. *δικαίως*. c. 9. 1270 b, 22. *ταὐτά*. c. 12. 1273 b, 35. *περὶ* — *εἴρηται*. 1274 a, 40. *ὅπως* — b, 1. *ἄποπτος*. III, 1. 1275 a, 16. *λίαν*. c. 5. 1278 a, 14. *φανέν*. Inutile est ulterius exempla persequi.

(praesertim ubi significat „etiam“) saepissime praetermittit interdumque „et“ addit, ubi deest in exemplaribus nostris, tali ratione ut ne ibi quidem, ubi recte *καί* aut omissum aut additum esse videtur, cum Schneidero et Corae ad Leonardi codicem sine ulla dubitatione provocare, immo ne id quidem satis certo scire queas, num forte Aretinus revera verba Graeca suo conatu voluerit hoc modo emendare. *καί* — *καί* fere semper vertit per „et“ tantum, *καί* saepius per „autem“ aut „vero“ et *δέ* per „et“ vel „etiam“ vel „que“ vel „quidem“ vel „certe“[60]), *μὲν γάρ* per „porro“[61]), quamobrem minime credendum est eum ubique in libro suo *γάρ* legisse, ubi „enim“ aut „nam“, neque *δέ*, ubi „autem“ habet, et quae sunt eiusdem generis alia. Neque minus neglegenter inter se permutat numeros, modos, tempora[62]). Denique cum tam libere in interpretando versatus sit, ut saepissime quae ei praesto fuerint in exemplo suo lectiones diiudicari nullo modo possit, etsi illud non omni ex parte contemnendum fuisse supra diximus, tamen haud ita magnus est huius interpretationis usus, et quas reapse habet praeclaras lectiones aut non neglegendas, licet inter eas sint quas vix coniectando invenisse videatur Leonardus, tamen non dubito, quin magnam partem ex ingenio potius quam ex codice hauserit. Quae cum ita sint, lectores moneo, ne ex silentio meo quidquam de huius codicis lectionibus concludere velint: attamen ut quodam saltem modo eius natura aperiatur, variis lectionibus gravioribus ex alio fontium genere deductis saepius hoc signum † addam, quo indicetur Aretinum eam potius sequi lectionem, quam in continuis verbis editionis meae retinuerim.

Iam inter se comparatis duabus recensionibus, ad quas redeunt omnes fontes nobis relicti, si rem universam spectas, melior est illa, quam sequitur vetusta translatio Guilelmi, quamquam non infitias eo satis multis locis in hac potius translatione codicibusque cognatis corruptelis fortuitis, in aliis paucioribus etiam mutationibus arbitrariis scriptoris verba esse deformata, in quibus vulgata recensio verum retinuerit, atque inter verba quoque hic omissa illic servata glossas esse, quae e margine in textum irrepserint. Etiamsi igitur non tanti aestimare possum

---

60) Velut 1253 a, 18. *ἡ δὲ τούτων* „horumque“. 23. „quidem“. 1254 a, 7. „certe“. 1255 a, 24. „et“. *καί* „autem“, 1253 b, 31 et saepius, *καὶ νῦν ἔτι* „nunc vero etiam“ 1252 b, 19.

61) Velut 1253 b, 18.

62) De numeris certe panca exempla adscribam: 1252 a, 15. *τοὺς λόγους* „rationem“. 1253 b, 33. *πρὸ ὀργάνων* „ante instrumentum“. 1255 a, 5. *νόμον* „leges“. b, 1. *ἀνθρώπου*. 25. *τὰ — διακονήματα* „servitutem“. 1257 a, 34. *ἕκαστον* „singula singulis“. 1258 a, 3. *τὰς ἀπολαύσεις* „fruitionem“. 8. *διὰ τῆς χρηματιστικῆς* „per has acquirendi species“. *φαμέν* saepissime vertit „diximus“. 1252 b, 17 sq. *καλοῦσί τινες* „dicimus“.

translationem illam, quanti aestimaverunt viri praestantissimi Victorius et Schneiderus, tamen instar optimi codicis eam esse concedo, qui quamvis non eandem auctoritatem quam E in Physicis, Meteorologicis, Psychologicis, et A^c in Poeticis et Rhetoricis, tamen eandem quam K^b in Ethicis et fortasse paulo maiorem habeat. Primus ea usus est, postquam in editione principe Aldina Politica secundum deteriorem, ut dixi, vulgatae recensionis librum typis expressa sunt, is qui in editione Basileensi tertia operum Aristoteleorum Politica recensuit permultaque priorum editionum menda ea duce sustulit. Secuti sunt Victorius Schneiderus Coraes alii. Contra ei codices, quos adierunt ante Goettlingium editores, nihil paene bonae frugis attulerunt, ita ut non sine caussa asseverare videretur Schneiderus neque e reliquis scriptis codicibus maiorem fructum perceptum iri se sperare, si qui aliis lateant in bibliothecis, nisi quis forte supersit descriptus ex isto exemplo, quod Guilelmus de Morbecka vertendo expresserat. Tum vero e Goettlingi editione, in qua, ut dixi, varias codicum $P^{1.2.3.4.5.}$ M^s lectiones, quas sibi enotaverat Hasius, in usum suum vertit, satis apparuit et superesse revera codices cum vetere translatione cognatos et inter ceteros extare multo meliores, quam quibus usi erant Aldus, Camerarius, Schneiderus, alii, dignosque qui accuratius inspicerentur. Etsi autem libro Demetri Chalcondylae nimium tribuit Goettlingius, mirandum tamen erat, quod Bekkerus et eum et Ambrosianum plane neglexit neque Guilelmi interpretatione amplius, quam antea iam factum erat, usus est, immo haud pauca, quae ea duce in ipsa verba receperant priores editores, inde, etiamsi quaedam fortasse non iniuria, exterminavit et praeter codices omnino vel paene omnino futiles unum tantum Coislinianum excussit: quo factum est, ut, si Bekkeri solam editionem in manibus teneas, non possis non putare permultas eius lectiones, utpote quae in nullo eius codice inveniantur, mera coniectura niti. Et ipsius Coisliniani auctoritatem nonnunquam sine ulla necessitate deseruit in favorem deteriorum librorum[63]). Mixta igitur sine arte severiore eius quoque recensio est, et quamquam ex eo, quod dixi, satis apparet ita nobis traditum esse hoc Aristotelis opus similiter atque complura alia, ut non nisi mixtam ex utraque codicum familia recensionem perficere hodie queamus, tamen in hac mixtura artis criticae regulas diligentius, quam adhuc factum sit, esse adhibendas periti omnes concedent. Quod ut fiat, ipsius vetustae translationis verba, id quod omnes adhuc neglexerunt, ex arte secundum codices sunt constituenda, deinde cum libris affinibus Graecis conferenda, denique quaerendum, ubi huius ubi alterius familiae lectiones praestent: ubicunque autem aeque bo-

63) Velut 1253 a, 12 sq. b, 2 sqq.

nam sententiam utraeque praebent, vulgata semper recensio alteri est posthabenda. Verba autem in altera utra omissa in alterius vero codicibus melioribus servata melius erit, etiamsi ipsius Aristotelis non esse videntur, uncinis inclusa in textu retinere, quo facilius legentium oculos in se convertant. Ut tamen in ordine, quo verba se exciperent, constituendo saepius codices quam vetustam translationem sequerer, hoc potissimum me impulit, quod in versibus citatis saepius haec quam illi verum ordinem pervertit: quapropter, nisi sententia postulat, ibi tantum eius fidei in hac re me permisi, ubi neque res ipsa obstat neque destitutus est Guilelmus codicum affinium consensu[64]). Sed superest alia quaestio aeque gravis atque ardua: ut enim dubium est nonnunquam, utrum lectio ab uno interprete oblata pro genuina sit et pristina huius recensionis scriptura an pro mera corruptela habenda, ita etiam difficilior haud dubie res est non raro, ubi ex contrario contra plures eiusdem familiae libros cum vulgatis facit Guilelmus. Nisi tamen vehementer fallor, plerumque nihilominus etiam talibus in locis germana huius recensionis memoria apud eum quaerenda est, at sunt loci quoque, in quibus eam deserat codex ab eo translatus, servent codices eiusdem generis nobis relicti. Ceterum de singulis rebus in talibus quaestionibus semper aliorum alia erunt iudicia. Ubi autem propter diversam linguae Latinae atque Graecae indolem quid in codice suo habuerit bonus monachus certo definiri nequit, velut ubi de articulo aut posito aut omisso agitur, quoties per se res dubia est, semper ad eiusdem familiae libros Graecos contra vulgatos me accommodabo, dummodo non unus tantum illorum, verum plures ab his recedant. Denique quamvis omnia, ut antea dixi, ad verbum vertere soleat Guilelmus, cavendum tamen est, ne, ubicunque paulo liberiore ratione utatur, semper aliud quid in eius exemplo scriptum fuisse credamus atque in nostris hodie legitur. Nam non solum idem vocabulum Graecum non eodem semper reddit Latino[65]), verum sunt etiam parvulae voces, quas contra codicis sui auctoritatem aut addiderit aut omiserit, velut copulam saepissime adiecit, ubi deest in exemplaribus Graecis, praepositionem cum plurium nominum casibus copulatam ante unumquodque eorum repetere solet, *τε* et *γε* particulas plerumque non vertit, in *διόπερ* et aliis vocabulis cum *περ* compositis modo hoc *περ* „quidem" voce exprimit modo silentio

64) Accedit quod ipsi veteris translationis codices hac in re admodum variant et ipse Guilelmus saepius ordinem verborum, quem in codice suo invenit, non anxie retinuisse videtur.

65) *Εὐγενής* modo vertit „nobilis" modo „ingenuus": fuitne, ubi habet „ingenuus", *ἐγγενής* in eius codice scriptum? — Calchedonii (Calcedonii) pro Carchedonii plerumque a codicibus manu scriptis oblatum retinui, etsi nihil nisi corruptela esse videtur.

transit. Quae cum ita sint, etiam verba quaedam in omnibus aut paene omnibus codicibus omissa, quae Guilelmi auctoritate fretus Aristoteli reddidi, velut II, 3. 1262 a, 12 *ἤ*, c. 5. 1263 a, 35 *ὡς*, b, 34 *ἔσται*, c. 6. 1265 a, 34 *ζῆν*, III, 3. 1276 a, 25 *τόπον*, VII, 17. 1337 a, 7 *εἶναι* (cf. II, 7. 1267 b, 18 *ὡς*, VII, 16. 1335 a, 30 *χρόνῳ*), in dubium posse vocari, utrum revera in exemplo suo invenerit an Latine tantum reddiderit sententia et sermonis Latini ratione permotus, eo libentius concedo, quo minus aliis locis tale quid factum esse potest negari, velut vix I, 9. 1257 b, 38 *τέλος* post *αὔξησις* legisse censendus est, quamquam vertit: „huius autem augmentatio finis“.

Ad verba vetustae translationis constituenda praeter Alberti Magni commentarium, in quem inde a I, 10 tota exceptis paucissimis verbis recepta est, usus sum codicibus quattuor manu scriptis **abcm** et uno typis impresso **t**: difficilioribus locis eisque, quibus a Graecis libris omnibus translatio recedit, inspexi praeterea alterum impressum **n** cum quattuor calamo exaratis **ghkl**, et ita quidem inspexi, ut, ubicunque quid habeant „codices“ referam, ista quoque exemplaria hac significatione comprehendantur.

a = Parisinus bibliothecae minoris (bibliothèque de l'Arsenal) 19 (sciences et arts) in fol. saeculo XIV° eleganter, sed admodum minutis litteris in Italia scriptus est. In usum meum diligentissime excussit Patzigius. Continet nunc folia LXIV, quibus inscripti sunt numeri 31—94, ut triginta folia priora avulsa esse videantur. In servatis leguntur Ethica Nicomachea (f. 31—49^r), Politica (f. 52—75^v), Oeconomica (f. 75^v—78^r), Rhetorica (f. 78^v—94), quibus accedunt a recentiore manu exarata (f. 49^v—51) astronomica quaedam, in quibus de opportunis temporibus horisque agitur. In fronte Politicorum ab ipso librario scripta sunt: *Incipit liber aristotelis politicorum a fratre Guillielmo ordinis praedicatorum de graeco in latinum translatus* et in fine: *Huc usque trastulit inmediate de graeco in latinum frater Guilielmus de ordine fratrum praedicatorum. Residuum autem huius operis in graeco nondum invenit*. Primae manus correctiones paucae, secundae permultae numero sunt, tertia cano et sordidi coloris atramento usa eadem illa, quae f. 49^v sqq. tractatum astronomicum inseruit, certe in Politicis nihil nisi glossas adiecit, saepissime in Oeconomicis deprehenditur. Secundae autem manus, quae XV^i saeculi est, correctiones duplicis generis sunt, partim maioribus litteris et maiore cura, partim minoribus et neglegentius scriptae, ut primo oculorum obtutu prius genus ab alio correctore ac posterius exaratum esse credas, praesertim cum illud ab ipsis continuis verbis non tam litteris differat quam alio atramento et ductu graciliore eamque ob rem ab ipsius librari

emendationibus aegre saepius discerni queat[66]). Unde librarium correctore non multo priorem aetate fuisse et codicem exeunte potius quam ineunte saeculo XIV° scriptum esse colligendum est. Nihilominus omnium librorum mihi adhibitorum longe est optimus, quoniam, etsi ceteris non rarius peccat, tamen longe saepius quam alius quis verum retinuit solus: id quod non magis de primis lectionibus valet quam de correctionibus, ut quae modo falsum cum vero modo verum cum falso commutaverint, et valeret etiam saepius, nisi hic illic in **blm** codicibus et rarius in **k** eandem quam **a** offert lectionem aut restituissent aut adscripsissent recentiores manus. Mutationes et varias lectiones ex alio codice esse depromptas saepius ipse adnotavit corrector atque super verba, quae in eo non invenit, a librario recepta scripsit: *vacat.* Valde autem memorabilis est III, 17. 1288 a, 15 (p. 235, 2 ed. meae) nota, qua corrector ipsum Guilelmum translationi suae adnotationes aliquas addidisse confirmat, in quibus de lectionibus Graecis ageret, velut hoc loco inventam sibi esse pro *εὐπόροις* lectionem, quae vulgatae est recensionis, *ἀπόροις* rettulerat interpres. Aut igitur in *Γ* hic illic adscriptae erant variae lectiones aut praeter *Γ* hic illic etiam alium codicem vel plures alios inspexerat, istaeque Guilelmi adnotationes fons forsitan fuerit, e quo hauserit Thomas paucas illas lectiones, quae non nisi in eius commentario inveniantur, velut I, 11. 1258 b, 31 *ἡ λατομία* pro *ὑλοτομία.* Quid quod VIII, 5. 1339 a, 20 *ὕπνῳ* lectio pro *οἴνῳ*, quam praeter eum solus praebet Aretinus, corrector **b** codicis in margine adscripsit! Quin etiam ubi lacunam invenit in codice suo vel in codicibus suis indicatam vetus interpres[67]), velut VIII, 5. 1340 a, 12. 13., coniecturam de ea explenda proposuit, nam „*ipse*" ille, qui **a** libri correctore teste quae supplenda essent dixit, vix alius fuisse potest quam ipse Guilelmus. Quae cum ita sint, non dubito, quin ea quoque, quae de alia lacuna, V, 11. 1315 a, 20, eoque, quod hoc loco „*in greco*" fuerit, **m** codicis corrector adnotavit, ex ipsis monachi Moerbecensis copiis sint derivata, veheme nterque doleo, quod haec verba enucleare non potui. Duplex quoque versus Homerici VIII, 3. 1338 a, 25 in diversis vetustae translationis exemplis scriptura ad eundem ipsum haud dubie est revocanda. Glossae denique perpaucae, velut III, 13. 1284 a, 24 (p. 209, 5) „*navem*", quae in eis omnibus reperiuntur, eiusmodi sunt, ut facile eas iam ab ipso Guilelmo adscriptas esse credas, etiamsi in codice suo Graeco eas non legerit.

b = Paris. 7695 A s. Colbert. 2240 membranaceus in folio saeculo XIV° haud ineleganter scriptus continet Rhetorica (f. 1—29ʳ), Magna Moralia (f. 30—48ʳ), librum de bona fortuna (f. 48ʳ—

---

66) Velut II, 5. 1263 b, 4. p. 76, 2 ed. meae.
67) Cf. n. 19.

49ᵛ), epistulam Aristotelis ad Alexandrum adulterinam illam, quae rhetoricis Anaximeneis praefixa est (f. 49ᵛ—50ʳ), vitam Aristotelis (f. 50ʳ—51ᵛ), Ethica Nicomachea (f. 54—89ᵛ), Politica (f. 90—131ʳ), Oeconomica (f. 133—135ᵛ). In altera folii 135ᵛ columna leguntur haec: *iste liber est petri colli canonici tornacensis et continet 136 folia, in quibus continentur libri sequentes* etc. Secuntur tituli cum paginarum numeris. Sed antea in f. 136ᵛ alia manus scripserat: *iste liber est* etc., at nomen possessoris a Petro Collo erasum et „*petri colli*" in rasura scriptum est. Litterarum initialium spatia in Ethicis tantum Nicomacheis expleta sunt. Non est totus codex unius librari opus, sed quae inter Rhetorica et Ethica Nicomachea leguntur, a secunda et Oeconomica a tertia manu scripta sunt. Omnia tamen correxit eadem manus recentior, quae praeterea omnes, quae in hoc codice inveniuntur, glossas adscripsit et ante Ethica Nicomachea similem vel eandem commentationem atque a codicis glossator adiecit, etsi non est ubique in huius generis additamentis eadem litterarum magnitudo neque idem atramentum neque idem plane scripturae habitus. Sunt autem eius correctiones maximam partem bonae, haud raro tamen ita perversae, ut iam inde pateat non e coniectura, verum ex alio codice eas esse depromptas. Accedit, quod hic quoque a correctore paucis in locis „*vacat*" superscriptum est. Ipsius vero librari mutationes non nisi paucissimas deprehendi, praeterea extant admodum paucae, quae neque ab eo neque a glossatore illo, sed a diversis aliis manibus profecta esse videantur. Nam VIII, 6. 1341 b, 24 sq. = p. 364, 8 ed. meae (f. 130ᵛ) verba omissa „*latere quam potentiam habeat ad disciplinam*" in margine suppleta sunt pallidissimo atramento a manu, cuius vestigia nusquam alibi detexi, ac deinde primam vocem „*latere*" nigravit glossator: ergo, cum huius additamenta nuda significatione hac: „rc." notaverim, illam „rc.¹" appellabo. Porro quattuor emendationes marginales, IV, 2. 1289 b, 21 sq. = p. 380, 6 (f. 106ᵛ). c. 12. 1296 a, 1 sq. = 421, 2 (f. 109ᵛ). V, 4. 1303 b, 27 = 512, 10 (f. 113ᵛ). c. 6. 1305 b, 1 sq. = 523, 2 (f. 114ʳ), quibus fortasse addenda est quinta IV, 15. 1299 a, 37 sq. = 442, 5 (f. 114ʳ), nisi vehementer fallor, eiusdem manus sunt ab omnibus, de quibus adhuc dixi, diversae, quae nescio an eius sit, qui IV, 3. 1289 b, 37 = 381, 9 (f. 106ᵛ) priori correctioni alteram subiunxit. Hoc enim loco „*potentia*" vocem a librario lacuna relicta omissam qui supplevit glossatorem fuisse, ex eo apparere videtur, quod idem hanc vocem in margine adscripsit, postea autem ab alio, nisi fallor, itidem in margine adiectum est „*primo*". Quapropter huius correctoris, cuius vestigia per quartum tantum et quintum libros inveniri admodum memorabile est, nota haec „rc.³" apud me erit. Dubius sum de aliis quibusdam locis, velut IV, 4. 1292 a, 27 sq. 32 = 397, 5. 10 (f. 107ᵛ),

ubi glossatoris manum agnoscendam esse crediderim, IV, 3. 1289 b, 27 = 381, 9 (f. 106v). VIII, 1. 1337 a, 12 = 332, 5 (f. 130v), neque infitias eo paucis locis me forsitan errasse glossatori tribuentem quae alius correctoris sunt nescio cuius.

o = Parisinus 6307 membranaceus in fol. ultimis, nisi fallor saeculi XVi temporibus elegantissime scriptus, sed, quamquam non prorsus spernendus, tot tamen vitiis inquinatus est, ut praeter ceteros mihi adhibitus parvum dumtaxat usum paraverit. Comprehenduntur eo Ethica Nicomachea (f. 1—50v), Politica (f. 50v—116v), Magna Moralia (f. 117—140v), Rhetorica (f. 141—185r), Problemata (f. 186—268r). Correctiones paucissimis exceptis ipsius librari sunt, qui saepissime verba quae scripserat falsa modo nigro modo rubro pigmento oblitteravit errore inter scribendum animadverso.

g = Guelpherbytanus Helmstadiensis 593 membranaceus, in quo leguntur Ethica Nicomachea (f. 1—47), Oeconomica (f. 48—51r), Rhetorica (f. 51r—89r), Politica (f. 90—150r), Poetica secundum Averroem (f. 150r—159v), Magna Moralia (f. 159v—177), 4° min. anno MCCCXXXI et admodum quidem ineleganter, si excipis folia 144—154 ab alia fortasse manu exarata, scriptus est.

h = Guelpherbytanus Helmstadiensis 488 membranaceus 4° mai. nitide scriptus e quattuor codicum saeculo XIV° confectorum fragmentis consutus est. Prima enim pars continet Ethicorum Nicomacheorum finem inde a VII, 12. (f. 1—20r), Politica (f. 20r—88v), Oeconomica (f. 88v—92r), Magna Moralia (f. 92r—114v), Rhetorica (f. 115—159v), initium libri secretorum s. de regimine principum (f. 159v), secunda Problematum ultimas series inde a XXXIII, 10 (f. 160—163r) et librum de mundo (f. 163r—169v), tertia clausulam libelli de bona fortuna inscripti (f. 170r—170v), Poetica secundum Averroem (f. 170v—176v), libri de morte s. de pomo priores pagellas (f. 176v—177v), quarta, quam **h**² siglo in hac mea editione significabo et quae in Politicis maxime congruit cum **hmn**, Politicorum libri septimi finem inde a c. 16. 1335 a, 39. *τεκνοποιίαν* et librum octavum totum (f. 178—181v), Rhetorica (f. 182—219v), Oeconomicorum librum primum usque ad c. 6. 1345 a, 2. *ἔχοι* (f. 219v-220r). Ultimum folium 220 glutine alligatum est tegumento, neque videtur unquam, id quod mirum est, in posteriore eius pagina aliquid scriptum fuisse.

k = Lipsiensis bibliothecae academicae 1337 membranaceus in fol. saeculo XIV° splendidissime scriptus continet Ethica Nicomachea (f. 1—60), Politica (f. 61—132), Rhetorica (f. 133—179), Oeconomica (f. 180—183r), Magna Moralia (f. 183v—207r): secuntur glossarium (f. 207r—240r) et tabula Ethicorum Nicomacheorum, in qua initia capitum consignantur.

l = Lipsiensis eiusdem bibliothecae 1338 item membranaceus et in fol. eodemque saeculo, multo tamen minus eleganter

scriptus est. Inveniuntur in eo Psychologica (f. 1—18r), tractatus de sensu et sensato (f. 18r—23r) ac de memoria et reminiscentia (f. 23r—25r), Ethica Nicomachea (f. 25r—62), Metaphysica (f. 65—108), liber de mundo (f. 109—112r), liber de caussis (f. 112v—116r), liber de proprietatibus elementorum (f. 116r—118), Politica (f. 119—154v), epistula Aristotelis ad Alexandrum (f. 154v—155r), Poetica secundum Averroem (f. 156—163r), liber de bona fortuna (f. 163r—164r), Oeconomica (f. 164v—166)[68]. In calce Politicorum eadem manus recentior saeculi XVi, quae permultis locis hunc codicem correxit, verba adscripsit haec: „*Istum librum sequitur poetria aristotilis*: *deinde sequitur liber de legibus, qui nondum translatus: sed primus bene habe.*"

m = Monacensis 306 membranaceus in fol. saeculo XIVo scriptus continet Ethica Nicomachea (f. 1—74), Politica (f. 75—170), Rhetorica (f. 171—227r), libellum de bona fortuna (f. 228—230), Magna Moralia aut potius maiorem eorum partem (f. 231—257), nam ultima perierunt. Rhetorica, in quibus edendis hoc codice usus est Spengelius, ab alia manu minus elegantiore exarata esse videntur. Ethica et inprimis Politica recentiorem correctorem invenerunt, qui ut alteram versus Homerici, de quo dixi, VIII, 3. 1338 a. 25, formam ex alio codice antiquiore extractam a se esse ipse asseverat, ita in ceteris quoque rebus eodem usus esse putandus est, quamquam „*vacat*" nota ab eo bis tantum est, si recte memini, superscripta. Glossas non addidit nisi perpaucas. Saepissime menda, quibus **o** liber scatet, iam ut in aliis codicibus ita in **b** quoque et **m** deprehenduntur, sed in utroque sunt saepenumero a correctoribus sublata, paulo rarius, ut videtur, in **l**, multo rarius in **k**: quamquam etiam in **m** non minus quam in **b** hic illic primae manus lectiones recentioribus praestant, nec pauca in **m** iam ipse correxit librarius.

n est editio Veneta anni MCDLXXXIII continens libros decem ethicorum Aristotelis cum commento Averrois, octo politicorum, tres oeconomicorum „summa diligentia emendatos per eximium virum dominum Nicoletum", de qua vide quae disseruit Rosius[69]) et ipse infra disseram.

o = Oxoniensis Colleg. Ballion. 112 membranaceus in fol. saeculo XIVo ineunte scriptus et postea a recentiore manu correctus per librum primum in usum meum liberalissime collatus

---

68) Rosius (Aristot. pseudepigr. Lips. MDCCCLXIII. p. 647.) in brevi **k** et **l** codicum descriptione alterum cum altero commutavit. Nam pro: „*1. Lips. 1338 (Ar. opp. eth. polit. rhet. oecon. et magna mor.) f. 164—*„*166. 2. Lips. 1337 (Ar. opp.) f. 181—184*" scribere et voluit et debuit: „*1. Lips. 1337 (Ar. opp.) f. 181—184. 2. Lips. 1338 (Ar. opp. eth. polit. rhet. oecon. et magna mor.) f. 165—166.*"

69) L. l. p. 645.

est a Martino Schanzio, itaque per hanc operis partem difficilioribus locis istius quoque codicis lactiones ab eo excerptas afferam.

In omnibus illis codicibus manu scriptis uniuscuiusque libri litterae initiales splendidissime sunt exaratae imaginibusque exornatae, nisi quod in **b**, sicut dixi, maximam partem spatia tantum vacua eis explenda inveniuntur. Item in omnibus libri in capita rubris aut caeruleis litteris inceptivis signata et uno **g** excepto in omnibus capita in paragraphos dividuntur, quorum initia signo quodam praefixo modo rubri modo caerulei coloris non eodem quidem, quo nos hodie paragraphos designare solemus, etsi et ipsa e curvis lineis picto notantur. In **b** tamen hoc quoque non nisi de Ethicis valet: de capitum enim initialibus non minus quam librorum intra Rhetoricorum et Politicorum fines in hoc codice a rubricatore non additis iam supra locutus sum, paragraphorum autem loci per haec opera signis minoribus nigri coloris modo in textu modo in margine indicantur. Praeterea non eadem est in omnibus codicibus divisio, at cum consensus multo maior sit quam discrepantia, ex eadem haud dubie forma antiquiore originem repetivit et postea demum diversa ratione a diversis librariis est corrupta. Quam antiquissimam formam iam ab ipso interprete esse conditam etsi non firmis argumentis demonstrari, tamen cum veri quadam similitudine conici potest. In **n** autem omissis litteris inceptivis capitum initia minoribus, librorum maioribus spatiis, in quae recipiendae erant, relictis notantur[70]).

70) Capita tali ratione in **n** et in libris manu scriptis indicantur locis his: lib. I. 1252 a, 1. b, 27 (**g**). 1253 b, 1. 1254 a, 17. 1255 a, 2. b, 15 (**clm**). 1256 a, 1. b, 40. 1257 b, 23 (**cm**). 1258 b, 9. 1259 a, 37. lib. II. 1260 b, 27. 1262 b, 36. 1264 b, 25. 1266 a, 30. 1267 a, 17 (**c**). 21 (**g**). b, 22. 1268 a, 16 (**ag**). b, 22 (**cg**). 31 (**n**). 1269 a, 29. 1270 a, 15 (**a**). b, 6 (**g**). 1271 b, 20. 1272 b, 24. 1273 b, 27. lib. III. 1274 b, 32. 1275 b, 21 (**ag**). 34 (**c**). 1276 b, 16. 1277 b, 33. 1278 b, 6. 1279 a, 22. 1280 a, 7 (**abcm**). 1281 a, 11. 1282 b, 14. 1284 b, 35. 1286 a, 7. 1287 b, 36 (**a**). 1288 a, 32. lib. VII. 1323 a, 14. 1324 a, 4. 1325 b, 33. 1326 b, 26. 1327 b, 19 (**abghklmn**). 1328 a, 21. b, 24. 1329 b, 40. 1330 a, 34. b, 17. 1331 a, 18 (**abghklmn**). b, 24. 1332 b, 12. 1333 a, 11. 1334 b, 5. 1336 a, 3 (**abghh**^{2}**klmn**). lib. VIII. 1337 a, 11. b, 23 (**a**). 1339 a, 11 (**c**). 1341 a, 17. b, 19. lib. IV. 1288 b, 10. 1289 a, 26 (**a**). b, 5 (**a**). 27 (**bcghklmn**). 1290 b. 21. 1291 b, 14 (**a**). 15 (**bcghklmn**). 1292 b, 11. *οὐ δεῖ κ. τ. λ.* (**bcghklmn**). 1293 a, 35 (**bcghklmn**). b, 22. 1294 a, 30 (**abckm**). b, 41. 1295 a, 25. 1296 b, 12. 1297 b, 35. 1299 a, 2. 1300 a, 9. b, 13. lib. VI. 1316 b, 31. 1318 a, 10. b, 6. 1319 a, 19 (**a**). 38. 1320 b, 18. 1321 a, 5 (**a**). b, 3. 1322 b, 7 (**am**). lib. V. 1301 a, 19. 1302 a, 16. 1303 b, 17 (**c**). 1304 b, 18. 1305 a, 36. 1306 b, 22. 1307 b, 26. 1310 a, 39. 1311 a, 22 (**c**). 1312 a, 39 (**abcm**). 1313 a, 18. 1314 a, 31 (**abcm**). 1316 a, 1. Saepe igitur haec capita et cum Schneiderianis et cum Bekkerianis consentiunt. Praeterea in **h**, in quo liber quartus iam 1284 b, 35 incipit, alia partitio cum Bekkeriana etiam magis congruens numeris Arabicis in marginibus insignitur: II, 2. 1261 b, 16. III, 6. 1280 a, 7. VII, 3. 1325 a, 16. VIII, 2. 1337 a, 34. c. 3. 1337 b, 23. c. 4. 1338 b, 9. c. 5.

Orthographiae proprietates ut in ista translatione edenda secundum id, quod mihi hac in re propositum est, non mihi erant respiciendae, nisi quod „*yconomus*, *yconomia*“ et quae sunt id genus alia et *hii* atque *hiis* tum pro *hi* tum pro *ei* atque *hiis* tum pro *his* tum pro *eis* retinui, ita hoc certe loco nonnulla de his rebus praefari liceat, quae observavimus et Patzigius et ego, quamquam eis, qui earum periti sunt, viris doctis nihil novi dicam.

Semper *e* pro *ae* legitur, velut *que* plene scriptum pro *quae*, unde facile explicatur error, quo interdum e contrario *quae* per compendium (q̄) pro *que* scribitur: pro *hae* autem semper invenitur *hee*. In verborum Graecorum initiis *h* omitti solet, velut *omokapnos*, *eraia*, ut utrum in *Γ* fuerit spiritus asper an lenis dirimi saepe nequeat: contra in aliis vocabulis additur, velut *habundantia*, *honerosus*. Saepenumero *i* et *y* inter se permutantur, velut *ydoneus* ubique fere legitur. Constantes scripturae sunt haece: *pulcer* et quae sunt similia, *aspicere*, *nichil*, *optunus*, *quatinus*, *sigillatim*, *temptare* et in **a** codice *substinere* atque *sedictio* pro *seditio*, nec non *velud* scribi solet. Inter *m* et *n* saepe inseritur *p*, velut *dampnum*. Pro *politia* etiam *politeia* et *policia* et in **a** *polytia*, *polythia*, *polithya* etc. inveniuntur, et *φ* modo *ph* modo *ſ* litteris vertitur. Genetivus denique singularis secundae declinationis, ubi nominativus *ius* habet, semper in *i* duplex desinit.

Notandum praeterea est, ut in ceteris quoque codicibus compendia *hoc* (*h̄*, *h̀*, *ḣ*) et *haec* (*h'*) significantia saepe inter se commutantur, ita in **c** et **n** unum tantum compendium pro utraque voce *h'* adhiberi, quapropter hac in re mihi de his libris duobus plane erat tacendum, nisi ubi plenam scripturam offerunt. In omnibus autem his codicibus eodem compendio *tpē* *tempus* et *tempore* exprimuntur, mirumque est *excedes̄* compendio non modo *excedens* sed etiam *excedentes* significari: dubitare queas in **a** de *Ꝙ* pro *quod*, *q̊cunque* pro *quodcunque*, *q̊* pro *quatenus*, *e c̊* (in aliis libris *e ꝯ*) pro *e converso*. Denique *c t r* litterae tam similiter scriptae sunt, ut saepius discerni vix queant: saepissime igitur inter se permutatae sunt et exempli gratia *ct* pro *tt* est scriptum.

t apud me significat eam vetustae translationis formam, qualis

---

1339 a, 11. c. 6. 1340 b, 20. c. 7. 1341 b, 19. IV, 9. 1294 a, 30. VI, 4. 1318 b, 6. (capitis 2. locus non indicatur). V, 4. 1303 b, 17. (capitis 3. locus non indicatur). c. 12. 1315 b, 11. Ceterum conferas capitum initia in P[5] codice subsignata: lib. VII. 1323 a, 14. 1324 a, 4. 1325 a, 14. b, 33. 1326 b, 26. 1328 a, 21. b, 24. 1329 b, 39. 1330 a, 34. 1331 b, 24. 1333 a, 11. 1334 b, 5. 1336 a, 3. lib. VIII. 1337 a, 11. 1339 a, 11. 1340 b, 20. 1341 b, 8. lib. VI. 1316 b, 31. 1319 b, 33. 1320 b, 18. 1321 b, 3. lib. V. 1309 b, 33. 1310 a, 39. 1312 a, 39. 1313 a, 18. 1316 a, 1.

in editionibus praemitti solet Thomae Aquinatis commentario aut certe cum eo coniungi, correcta saepissime, id quod non praeteriit Schneiderum, secundum codicem Graecum vulgatae recensionis. Et Schneiderus quidem usus est Thomae operum editione curata a Cosmas Merolles, Antwerpiae 1612 fol., ego autem eodem libro, quem in Aretini translationem perlustrandam adhibui et cuius titulus est hic: „*Aristotelis Stagiritae Politicorum s. de republica libri octo Leonardo Aretino interprete cum D. Thomae Aquinatis explanatione . . . quibus antiqua . . . eorundem adiecta est quae delitescebat Politicorum interpretatio, quam D. Thomas olim exponendo secutus est, ex vetusto et manu scripto codice inter imprimendum oblato . . .'. Oeconomica etiam ex antiqua interpretatione e duobus manuscriptis codicibus desumpta, ne perirent, tanquam Corollarium quoddam sunt addita. Iul. Martiani Rotae labore ac diligentia. Venetiis apud Iuntas. MDLVIII.*" Quo ex libro totum opus descripsi, et hoc deinde apographum et Patzigius cum **a** et ego cum **bcghklmn** codicibus comparavimus. Unus praecipue in hoc exemplo maioris ambitus locus desideratur, VIII, 3. 1338 a, 9. *καὶ* — b, 25. *φιλοπονίαις*, qui in Schneideriano suppletus est, sed aperte ex Aretini translatione, contra in Alberti Magni editione Iammyana, de qua postea dicam, e fonte limpidiore. In variis autem lectionibus Graecis ad exemplum Iuntinum significandum, non **t**, sed „Thom." notam adhibebo. Ceterum $\mathbf{t}^s$ siglo, ubi videtur operae esse pretium, lectiones, quas Schneiderus se invenisse refert, a meis discernam, $\mathbf{t}^a$ autem significet eas, quas offert textus Iammyanus, e quo non nisi discrepantes ab editione Rotae et ne has quidem omnes enotabo, $\mathbf{t}^c$ denique eas, quas Thomas in commentario suo, in quo perlustrando eadem Rotae editione usus sum, secutus aut est aut esse videtur, quoad haec res, id quod saepissime fieri nequit, aut penitus aut saltem quodam modo ad liquidum perduci potest.

s sunt variae lectiones, quas ex editione magistri Iohannis Versoris, quae prodiit Coloniae apud Henricum Quentell anno MCDXCII, in lucem protraxit Schneiderus: quarum ego maiorem partem in hanc meam recensionem recipiam, ut quam corrupta fuerit illa editio omnibus patefaciam.

v designat lectiones, quas Victorius in utraque editione sua divulgavit.

Alb. = Alberti Magni libri Politicorum VIII collati mihi sunt ex Alberti operum editione a Petro Iammyo Lugduni MDCLI parata, in cuius tomo quarto leguntur. Praemissa in ea sunt capiti unicuique translationes et Guilelmi et Aretini, et in ipso textu Guilelmi verba ab Alberto recepta similem in modum, quo in **t** factum est, quamquam, si recte vidi, paulo rarius correcta sunt, nonnunquam ibi quoque, ubi in **t** intacta sunt relicta. Albertum plane

eisdem copiis ac Thomam esse usum, quae Iurdani[71]) est coniectura, ego quidem neque affirmaverim neque negaverim: eo certius vero est, id quod Iurdano silentio non erat praetermittendum, praesto ei fuisse subsidia, Thomae non fuisse, e quibus res illas hauriret, quarum apud Thomam, id quod non praeteriit Iurdanum, nec vola est nec vestigium, si quidem eas omnes a Thoma consulto spretas esse ab omni profecto abhorret verisimilitudine. Nam, ut de ceteris taceam, saepissime affert modo *aliam litteram* modo *aliam translationem*, qua in re id maxime observandum est, aliam litteram semper esse eiusmodi, ut non nisi translationis a Guilelmo conditae alius codex ab eo intellectus esse putandus sit, aliam vero translationem tanto opere apud eum a libris nostris discrepare, ut alius interpretis opus his verbis ab eo insigniri si non certum quidem, at verisimilius sit. Memorabile autem est admodum, quamvis haud raro Alberti lectiones cum a codice optimo consentiant adque adeo paucis locis solae verum praebeant, tamen magnam partem corruptelarum, quas in manu scriptis libris superstitibus aut omnibus aut plurimis hodie deprehendimus, iam illi a codicibus, quibus usus est, esse oblata. Paucissimis tantum locis alia littera apud Albertum *Graeca* est varietas e Guilelmi notis hausta, velut duplex versus illius Homerici species bis iam supra memorata etiam Alberto cognita fuit.

Praeterea varias quasdam lectiones vetustae translationis aut e codice aut ex editione enotatas, quas in Aldinae editionis exemplo bibliothecae Monacensi inserto vir aliquis doctus marginibus inscripsit ac deinde hic illic correxit alia manus, quae si non Petri Victori, certe eius manus similis est, in usum meum convertere potui: quae tamen quoniam non cum a libro, sed cum deterioribus fontibus concordant atque eis ex parte etiam peiores sunt, maiorem partem in apparatum criticum non recipiam.

Omnino autem universam ex omnibus fontibus meis lectionum varietatem nonnisi usque ad 1254 a, 17, et vel per hanc operis partem ex klno libris complura praetermittens, deinde vero paucis rebus minutissimis exceptis ex optimo tantum a codice et ex bcmt Alb., sicubi eisdem locis aut eadem in eis est aut alia discrepantia, ceterum vero ex eis quoque delectum dumtaxat lectionum divulgabo: immo vereor magis ne nimis multa quam nimis pauca in eum receperim. Ubi autem, id quod raro factum est, contra omnium fontium meorum auctoritatem verba quaedam constitui, ea ita typis exprimenda curabo, ut maiora inter litteras spatia relinquantur. De locis haud paucis dubius mansi persuasumque mihi est, si alii etiam nunc extent libri

71) Loco supra (n. 5) allato.

manu scripti a codici quam ceteris mihi adhibitis similiores[72]), satis multas corruptelas, quas ego exemplari Guilelmi Graeco, etsi dubitanter, tribuere coactus eram, a librariis demum Latinae translationi ab eo conditae inculcatas esse novis eiusmodi subsidiis demonstratum iri: verumtamen ipsis Aristotelis verbis aut nusquam aut paene nusquam aliquid medelae hac re suppeditatum iri arbitror.

Primus, quantum scimus, Politica Aristotelea commemoravit Hermippus Callimacheus: nam opus eius *Βίοι* inscriptum ultimum fontem fuisse indicis librorum Aristoteleorum duplici forma a Diogene Laertio V, 22 sqq.[73]) et anonymo Menagiano (i. e. aut ipso Hesychio Milesio aut aliquo eius epitomatore), traditi, postquam ego ita se rem habere videri contra Rosium et Bernaysium ab Andronico demum Rhodio eius originem repetentes[74]) breviter monui[75]), accuratissime demonstrarunt Heitzius[76]) et Nietzschius[77]).

---

72) Vindobonae unus tantum extat codex n° 52 saeculo XV° exaratus, quem Vahlenus, qui huius rei me certiorem fecit, ut in Rhetoricis nullius preti sit, ita in Politicis vix meliorem esse recte sine dubio conicit.

73) Ceterum recte Usenerus (Anal. Theophr., Lips. MDCCCLVIII, p. 16) et Zellerus (Philos. der Griechen II$^{b.}$ p. 527) Politica Aristotelea etiam Theophrasti nomine circumlata fuisse colligunt e Diog. V, 24 *πολιτικῆς ἀκροάσεως ὡς ἡ Θεοφράστου* ᾱ — η̄ (cf. §. 45. 50). Sed non prorsus recte Zellerus addit haec: „denn diese wunderliche Bezeichnung wird sich am Besten durch die Annahme erklären, Diog. habe *πολιτικῆς ἀκροάσεως* ᾱ — η̄ geschrieben und ein Anderer die Randbemerkung *ἢ Θεοφράστου* beigefügt, welche dann, *ἡ Θεοφράστου* gelesen, in den Text kam und durch ein aus *ἀκροάσεως* genommenes *ὡς* mit dem Uebrigen verbunden wurde.“ Immo nullus dubito, quin non solum Diogenes ipse, verum iam Hermippus *ἢ Θεοφράστου* scripserit et *ὡς* ex fortuita dittographia syllabae praecedentis extiterit. Similiter legitur §. 44 *περὶ ἡδονῆς ὡς Ἀριστοτέλης* (cf. §. 22), ubi etsi corruptela difficilior est explicatu, tamen item *ἢ Ἀριστοτέλους* restituendum esse puto. Bene tamen Zellerus: „es könnte die falsche Ueberschrift mit dazu beigetragen haben, dass das Werk als aristotelisches so selten angeführt wird.“ Cf. n. 82.

74) Rose De Aristot. libr. ord. p. 43 sqq. Aristot. pseudepigr. p. 8 sqq. Bernays. Die Dialoge des Aristot. p. 2. 133 sq.

75) Aristoteles über die Dichtkunst griechisch und deutsch (Lips. MDCCCLXV) p. 17 sq.

76) Die verlorenen Schriften des Aristoteles (Lips. MDCCCLXV) p. 44—52.

77) In dissertatione egregia, quam in Mus. Rhen. XXIII. 1868. p. 623 sqq. XXIV. 1869. p. 181 sqq. de Laertii Diogenis fontibus scripsit, v. XXIV. p. 181—194. Et docuit quidem tum hunc indicem tum ceterorum, quae apud eundem scriptorem inveniuntur, plurimos non, id quod et Heitzius et ego credideramus, e Favorino, sed e Diocle Magnete a Diogene esse depromptos (p. 194 sqq.) et ex Argesiphonte (?) a Hesychio Milesio (p. 210—228), a Diocle autem et Argesiphonte exscriptum esse Demetrium Magnetem et a Demetrio Hermippum. Wachsmuthium autem in Symb. philol. Bonn. p. 138 de origine vitae Menagianae, quippe quam e

Unde hoc certe patet operis exemplar iam in bibliotheca Alexandrina fuisse[78]) neque, quae est Hildenbrandi[79]) sententia ad explicandum, cur per totam antiquitatem incognitus paene iacuerit egregius iste ingeni Aristotelei fetus, excogitata, solum usque ad Apelliconis tempora servatum esse unum illud in cavea Scepsiensi, si Deo placuit, putrescens.

Proximus testis est Cicero (de fin. V, 4, 11. ad Q. frat. III, 5, 1. de leg. III, 6, 14), si revera est testis: nam ita eius verba comparata sunt, ut non omnem forsitan de isto testimonio dubitationem excludant[80]), et ne magna quidem nonnullorum locorum, qui in librorum ab eo de republica scriptorum primo leguntur, cum Politicorum Aristoteleorum sententiis similitudo[81]), quamquam has fontem illorum esse admodum probabile est, prorsus firmum est argumentum, quo nisi non posse aliam esse rei rationem contendamus. Quis enim non crederet Dionysio Halicarnassensi in Arch. V, 73 sq. ante oculos fuisse Politicorum nostrorum locum III, 14, nisi ipse verum fontem suum Theophrasti *περὶ βασιλείας* opus attulisset![82]) Si autem, ne nimis severi vel ea spernamus, quae veri quam simillima sunt, sententiarum illarum Ciceronianarum originem ex opere nostro repeti-

---

Suida et Diogene Laertio conscriptam esse opinaretur, errasse probant quae demonstraverunt et Heitzius p. 15 sqq. et Nietzschius p. 219 sq.

78) Cf. Nietzschium l. l. XXIV. p. 188 sqq. Plane nihil hanc rem curavit Krohnius (Zur Kritik aristotelischer Schriften I., Brandenb. MDCCCLXXII, p. 51 sq.), si recte eius verba intellexi, sed Ueberwegium (Gesch. der Philos. ed. IV. t. I. p. 162 sq.) miror de ea admodum dubitantem eundemque in eadem pagina 163 Nietzschio de indicis Laertiani origine assentientem.

79) Geschichte und System der Rechts- und Staatsphilosophie I. Lips. MDCCCLX. p. 359 sqq. Cf. Spengel Ueb. d. Pol. des Ar. p. 45.

80) Dubitat de eo cum aliis Heitzius l. l. p. 241, at locum maxime perspicuum, qui legitur in ep. ad Q. fr. III, 5, 1, in hac re prorsus neglexit, id quod recte monuit Onckenius l. l. I. p. 65.

81) Apte comparat Zellerus (l. l. p. 526) c. 25 cum III, 9. 1280 b, 29 sqq. c. 6. 1278 b, 19 sqq. I, 2. 1253 a, 2 sqq., c. 26 cum III, 1. 1274 b, 36 sq. c. 6. 1278 b, 8 sqq. c. 7. 1279 a, 25 sqq., c. 27 cum III, 9. 1280 a, 9 sqq. c. 10. 11. 1281 a, 28 sqq. b, 28 sqq. c. 16. 1287 a, 8 sqq.), c. 29 cum IV, 8. 11.

82) Cf. Spengelium Aristot. Studien II. p. 57. n. 4: „Theophrastus *ἐν τοῖς περὶ βασιλείας* hat wohl alles aus Aristoteles genommen; das von Dionysius Arch. V, 73–4 angeführte stimmt genau mit III, 14 sqq. überein; aber warum citirt Dionysius den Theophrastus, nicht den Aristoteles? kannte er ihn nicht, oder hat er es vergessen?" Fortasse tamen hanc interrogationem dissolvit Zelleri coniectura, quam attuli n. 73. Aliter rem expedire conatus est Krohnius vir doctus et subtilis l. l. p. 47: „Dionysius citirt den Theophrastus, nicht den Aristoteles, weil nur der erstere historische Untersuchungen über das Königthum angestellt hat." Nempe totum caput e Theophrasti potius scripto in opus Aristoteleum posteriore tempore insertum esse censet: id quod cur minus mihi probaverit, non huius loci est demonstrare.

mus, recte praeterea Zellerum iudicasse credemus, cui non ipse Cicero hoc legisse videatur, utpote qui in illis proferendis nusquam ad Aristotelem provocet et in Legum loco de politica eius doctrina verba faciat ad praesentem magis eius sermonem accommodata. Utrum tamen cum Zellero inde concludendum sit iam priorem scriptorem aliquem usum fuisse his Aristotelis libris ex eoque a Cicerone sententias illas esse haustas an, id quod magis probaverim, e Tyrannionis ore Cicero eas audivisse aut ab hoc in suum usum excerptas legisse dicendus sit, ego certe decernere nequeo.

Secuntur Arius Didymus Alexandrinus Augusti et Maecenatis familiaris, quippe e cuius opere fluxisse videatur epitome Politicorum Aristoteleorum a Stobaeo nobis tradita, Alexander Aphrodisiensis, Eubulus Platonicus, Longini aequalis, qui opusculum reliquit *Ἐπίσκεψις τῶν ὑπ' Ἀριστοτέλους ἐν δευτέρῳ τῶν Πολιτικῶν πρὸς τὴν Πλάτωνος Πολιτείαν ἀντειρημένων* inscriptum nuperque, quantum superest in codice Vaticano Procli ad decimum Reipublicae Platonicae librum commentarium continente, ab Angelo Maio editum in Scriptor. vet. nov. coll. Vatic. II. p. 671 sqq.[83]), Iulianus, scholia Aristoph. Ach., qualia leguntur in editione principe Aldina[84]), scholia Lucianea, Michael Ephesius, personatus Plutarchus libelli *περὶ εὐγενείας* inscripti conditor, Suidas, Photius, Eustathius, Theodorus Metochita. Accedit epitome ab Ioanne Stobaeo Ecl. II. p. 322 sqq. oblata[85]).

83) Eubulum esse libelli scriptorem recte collegit Maius e Longino ap. Porphyr. V. Plot. 20. *οἱ Ἀθήνησι διάδοχοι Διόδοτος καὶ Εὔβουλος . . . Εὐβούλῳ δὲ γέγραπται τὸ περὶ τῶν Ἀριστοτέλει πρὸς τὴν Πλάτωνος πολιτείαν ἀντειρημένων.* Cf. Ehrlich. De iudicio ab Aristotele de republica Platonica facto, Halis MDCCCLXVIII. Ne autem in posterum quis cum Spengelio (Aristot. Studien III. p. 9 = 61) speret fore, ut e codice Laurentiano 80, 9 libellus edatur totus (cf. Bandini III. p. 192), moneo, cuius rei certiorem me fecit Schoellius, eum in indice quidem huius codicis afferri, sed una cum praecedentibus Procli capitibus esse avulsum. De Ario autem Didymo Stobaei fonte v. quae disseruerunt Meinekius (Zu Stobaeus, Zeitschr. f. Gymnasialwesen XIII. 1859. p. 563 sqq.) et Zellerus l. l. III a. p. 545 sqq.

84) In editionibus Dindorfiana et Duebneriana post textum in adnotationibus haec posita sunt, id quod moneo propter Zellerum l. l. p. 526.

85) Locos collegerunt Spengelius Ueb. d. Pol. des Ar. p. 44. n. 39 et Heitzius l. l. p. 242. n. 3. Praeterea Mauritio Schmidtio, id quod mecum communicavit, II, 7. 1267 a, 2 sqq. ante oculos habuisse ibique v. 8. *καὶ ἀνεπιθύμητοι* legisse videtur Clem. Alex. Strom. VII. 742 A. B. (315, 18 sqq. Sylb.) *εἷς μὲν οὖν μόνος ὁ ἀνεπιθύμητος ἐξ ἀρχῆς ὁ κύριος ὁ φιλάνθρωπος . . . ὅσοι δὲ ἐξομοιοῦσθαι σπεύδουσι τῷ αὐτοῦ δεδομένῳ χαρακτῆρι, ἀνεπιθύμητοι ἐξ ἀσκήσεως γενέσθαι βιάζονται*, at haec res admodum incerta est. Plutarchus ut saepius in vita Lycurgi provocat ad Aristotelis Politiam Lacedaemoniorum, ita, nisi admodum fallor, eundem libellum etiam in c. 14. respexit, quamquam similia leguntur in Politic. II, 8. 1269 b, 12—1270 a, 8 et locum hunc Plutarcheum neque Muellerus neque Rosius neque Heitzius receperunt in numerum fragmentorum Politiae Lacedaemoniorum. Ceteros locos omnes, etsi quae necessaria sunt, etiam postea in apparatu critico ex

Ex his tamen scriptoribus ad litteram citant maioris ambitus locos non nisi duo, Iulianus et personatus Plutarchus, item duos alios breviores scholia Aristophanea. Et Pseudo-Plutarchus quidem in hac re cum ea recensione, quam codicum nostrorum plurimi secuntur, conspirat, contra Alexander 1254 a, 15 non malam huius lectionem *δὲ*, sed veram *ὢν* ante oculos habuisse videtur, Iulianus autem partim cum neutra partim cum vulgata partim idque saepius atque in gravioribus rebus cum meliore recensione consentit, velut 1325 b, 22 *καὶ* ante *πράττειν* omittit cum *Γ* M[s] P[1] Ar. et 1287 a, 28 una cum *Γ* pro *νόμον* habet *νοῦν* et v. 32. pro *νοῦς ὁ νόμος* cum M[s] et pr. P[1] et haud dubie *Γ* *ὁ νοῦς νόμος* offert. Quamquam enim non neglegendum est in codice eius Vossiano potius *νόμον* et v. 29

eis afferam, nunc in conspectu ponam: I, 4. 1254 a, 14. *ὁ* — 15. *ἐστίν* = Alex. in Aristot. Metaph. p. 15, 6 Bonitz: *τὸν γὰρ δοῦλον ἐν τοῖς Πολιτικοῖς εἶναι εἶπεν ὃς ἄνθρωπος ὢν ἄλλου ἐστίν.* c. 5 sq. 1254 b, 39. *ὅτι* — 1255 b, 3. *δύναται* = Pseudo-Plut. de nobil. c. 6. p. 932 B sqq. c. 9. 1257 a, 25 sqq. = Michael Ephes. in Aristot. Eth. f. 70 a: *αἱ μὲν οὖν ἀλλαγαί, ὡς ἐν ταῖς Πολιτίαις* (l. *Πολιτείαις*) *λέγεται, οὕτως ἐγίνοντο πρὸ τῆς τοῦ νομίσματος εὑρέσεως· κλῖναι γὰρ ἐδίδοντο ἀντὶ οἰκίας καὶ τἆλλα ὁμοίως.* 1258 a, 2. *ὅσοι* — 3. *ἐπιβάλλονται* = Eustath. in Il. p. 625, 36: *σημείωσαι δὲ τὸ ἐπιβάλλεσθαι ἀντὶ τοῦ ἐφίεσθαι καὶ ἐπιθυμεῖν· διὸ καὶ γενικῇ συντάσσεται· κεῖται δὲ ἡ τοιαύτη λέξις ὁμοίως καὶ παρ' ἄλλοις, ὧν ἐστιν Ἀριστοτέλης.* II, 1 sqq. = Eubul. c. 10. 1271 b, 34. *πάσῃ* — 35. *πάντων* = Theod. Metoch. miscell. p. 644 Kiessling: *διὰ τὸ ἐπικαίρως τὴν νῆσον ἔχειν πάσης τῆς θαλάσσης κατὰ τὴν θέσιν, καθὸ δὴ καὶ Θουκυδίδης καὶ Ἀριστοτέλης ἐπικαθῆσθαι πάσης τῆς Ἑλληνικῆς τὴν νῆσον φασί, καὶ οὐ τοῦτο μᾶλλον ἢ καὶ πάσης καθάπαξ τῆς θαλάττης.* c. 11. 1272 b, 34. *τὴν* — 35. *ἀρχὴν* = id. p. 667: *τέτταρες γὰρ πρὸς τοῖς ἑκατὸν ἦσαν, ὡς Ἀριστοτέλης φησί.* III, 12. 13. 1282 b, 23. *ἴσως* — 1283 b, 32. *δίκαιον* = Pseudo-Plut. c. 8. p. 937 A sqq. c. 15. 16. 1286 b, 22. *εἰ* — 27. *φύσιν.* 1287 a, 8. *περὶ* — 12. *ἀναγκαῖον* et v. 28. *ὁ* — 32. *ἐστίν* = Iulian. ep. ad Themist. p. 260 D sqq.: *φησὶ δὲ ὁ ἀνὴρ ἐν τοῖς πολιτικοῖς συγγράμμασιν· εἰ δὲ δὴ κ. τ. λ. ἑξῆς δὲ περὶ τοῦ κατὰ νόμον λεγομένου βασιλέως διεξελθών, ὃς ἐστιν ὑπηρέτης καὶ φύλαξ τῶν νόμων, καὶ τοῦτον οὐδὲ βασιλέα καλῶν οὐδὲ τὸ τοιοῦτον εἶδος οἰόμενος προστίθησι· περὶ δὲ τῆς κ. τ. λ. εἶτα μετ' ὀλίγον φησίν· ὁ μὲν οὖν κ. τ. λ.* 1287 b, 26. *ἄτοπον* — 31. *συνάρχους* = Schol. Aristoph. Ach. 92. VII, 3. 1325 b, 21. *μάλιστα* — 23. *ἀρχιτέκτονας* = Iulian. l. l. p. 263. D. c. 10. 1330 a, 14. *πρὸς τὰς ἐσχατιάς* = Suid. et Phot. s. v. *ἐσχατιάν* (cf. Bachm. Anecd. p. 238, 4): *ἐσχατιάν, ἔσχατον τόπον γῆς, ἢ τὰ νομὰς ἔχοντα χωρία, ὡς καὶ Ἀριστοτέλης ἐν τῷ η' περὶ τῆς Πολιτείας.* V, 4. 1303 b, 29. *ἀρχὴ* — *παντός* = Schol. Lucian. Somn. 3: *Ἡσιόδου τοῦτο καὶ Ἀριστοτέλους ἐν α' Προβλημάτων καὶ Πολιτικῶν πέμπτῳ.* c. 10. 1311 a, 36. *διὰ* — 39. *Ἁρμόδιον* = Schol. Aristoph. Ach. 980. c. 11. 1314 a, 5 = Eustath. in Il. p. 126, 12 sqq. *ἥλῳ γὰρ ἧλος κατὰ παροιμίαν τὴν ἐν Πολιτείαις* (cf. Mich. Eph.) *παρὰ τῷ Ἀριστοτέλει κειμένην, ἣν οἱ μὴ εἰδότες ἄλλως γράφουσιν· ὡς γὰρ πάσσαλος πασσάλῳ ἐκκρούεται, οὕτω καὶ αὐτοὶ ἧλος ἥλῳ φασίν* (*αὐτός* — *φησίν* ci. Goettlingius). c. 12. 1315 b, 11 sqq. cf. 1312 b, 21 sqq. = Eustath. de Thessal. urbe p. 281, 60 Tafel: *καὶ ὡς μὲν κατὰ τὴν σκέψιν Ἀριστοτέλους εἰς τριγωνίαν τὰ πολλὰ τὸ τυραννικὸν φῦλον ἀνθοῦν εἶτα μαραίνεται, συχνὴ πεῖρα παρέδειξεν.*

τὸν θεὸν καὶ τὸν νοῦν μόνους pro *τὸν θεὸν καὶ τοὺς νόμους* inveniri, tamen non solum pessimae sunt ceterae hoc loco istius codicis lectiones, verum etiam v. 32. *ὁ νοῦς νόμος* reapse ab Iuliano lectum esse certissimum est[86]), quod non nisi cum *νοῦν* v. 28. et *καὶ τοὺς νόμους* v. 29. coniunctum sensum idoneum efficit. Quibus ex rebus sequitur aut melioris recensionis antiquissimam formam iam Iuliano et fortasse vel Alexandro priorem fuisse, quam sequerentur, aut duas illas recensiones, quamvis utriusque lectiones magnam partem iam illis temporibus extiterint, tamen nondum tam definito, quam postea factum est, divortio discessisse. Posteriorem rationem qui mecum probare malit, is reputans quae antea de melioris aetate disputavi, hanc separationem inter saeculum q u a r t u m vel, cum glossae certe isti recensioni post Procli demum tempora adscriptae sint, q u i n t u m exiens et saeculum o c t a v u m peractam esse concedet. E Stobaei autem lectionibus, quarum unam I, 2. 1252 a, 28 praetuli, ceteras (velut VII, 10. 1330 a, 14 sq.), quamvis compluribus earum non desit, quo se commendent, tamen codicum nostrorum scripturis minime praeferendas esse ut alii censuerunt ita ego iudico, nulla potest hauriri accuratior huius rei definitio.

Ceterum lectorum ab antiquis Politicorum Aristoteleorum testimonia sunt etiam loci quidam ipsius operis ab Aristotele ipso vix scripti, sed additi a doctorum peripateticorum aut uno aut pluribus vel ex eorum scriptis inserti, pretiosissima partim rerum antiquarum documenta, at his libris temere inculcata, velut II, 10. 1271 b, 30—40. c. 12. 1274 a, 22—b, 26. VII, 10. 1329 a, 40—b, 39. IV, 3. 4. 1289 b, 27—1291 b, 13. VI, 2 sq. 1318 a, 3—b, 5. V, 6. 1306 a, 19—31 (cf. Addenda). c. 7. 1307 a, 10—40 (cf. Add. ad IV, 7. 1293 b, 20). c. 12. 1315 b, 11—39. Quamquam Krohnius, qui nuperrime plus quam dimidiam totius operis partem ab Aristotele abiudicans compluribus peripateticis inque primis Theophrasto tribuit, vereor ne argutius argumentatus sit quam verius.

De antiquissimis et operum omnium Aristoteleorum et solorum Politicorum editionibus, inter quas Aldinam anni MIID et tres Basileenses annorum MDXXXI. MDXXXIX. MDL siglis his: Ald. Bas.[1.2.3.] notabo, scita est Stahri commentatio Iahni anna-

86) Apparet enim e verbis eius sequentibus p. 261. C. D. *ὁρᾷς, ὁ φιλόσοφος . . . . καὶ τέλος ἐπιθεὶς τὸν κολοφῶνα τοῖς ἔμπροσθεν λόγοις* ν ό μ ο ν *μὲν εἶναί φησι τὸν* ν ο ῦ ν *χωρὶς* ὀ ρ έ ξ ε ω ς. Nihilominus mihi quidem praeferendae videntur *νόμον* et *νοῦς ὁ νόμος* lectiones, utpote quae cum *τὸν νοῦν μόνους* coniunctae multo aptiorem sententiam praebeant, ut codex Vossianus non quidem Iulianeum sed Aristoteleum textum v. 29. solus recte servaverit: quomodo autem ex hac forma confusio orta sit diversa ratione non modo in utramque recensionem, verum etiam in diversa melioris exemplaria ingressa et corrigendi studio aucta, ostendit, nisi fallor, varia lectio *νοῦν* ad *θεὸν* v. 29. in P[1.2.4.] codicibus margini inscripta.

libus (XV. p. 321 sqq.) inserta. Earum hodie exiguus est usus. Quae enim ex vetusta translatione hauserunt, nobis quoque ex eadem praesto sunt, quae e codicibus deprompserunt, paene omnia in nostris quoque invenimus, quae de coniectura emendaverunt, dudum ex eis excerpta sunt. Ceterum ego et ex his coniecturis et ex eis, quas recentiorum temporum viri docti addiderunt, et ex meis in ipsa scriptoris verba perpaucas recipiam, immo complures ab aliis receptas, quamvis nonnullas earum ipse verissimas habeam, ex hoc ordine exterminabo. Saepius tamen verba mihi suspecta secludam; quae, ubi non aut idem a Bekkero factum aut haec verba plane ab eo omissa esse adnotem, sciant lectores ea sine cancellis apud eum legi: nec non alia quaedam verba ad lacunas explendas de aliorum aut mea coniectura nonnunquam inseram altero uncinorum genere hoc: ⟨⟩ circumscripta: praeterea Poeticorum editionem Vahlenianam hac in re sequens verba, quae falso mihi loco posita esse videntur, plerumque cancellis his: ⌈⌋ vel ⌊⌉ includam et veram eorum sedem asterisco uno (*), non duobus, id quod Vahlenus fecit, signabo: contra duo asterisci (**) erunt apud me lacunae signum, et ubi duo verba vel enuntiatorum membra locum mihi inter se permutasse videntur, uncis praecedens his: ⌈⌋ et sequens his: ⌊⌉ circumdabo: ubi autem verba quaedam alienum quidem me iudice locum tenent, nec vero ausus sum sine ulla dubitatione eis eum, qui pristinus fuerit, reddere, certe | signum et ante ea et in fine eorum ponam: denique ubi duplicem mihi recensionem detexisse videor, in altera idem signum, sed duplicatum: ‖ eadem ratione adhibebo. In apparatu vero critico omnes coniecturas meas[87]) et, quarum eas, quas ego probo, ita typis imprimendas curabo, ut spatia litterarum dilatentur, plurimas virorum doctorum Sepulvedae[88]), Camoti[89]), Victori[90]), Moreli[91]), Lambini[92]), Came-

87) De quibus rationem reddidi in commentationibus meis de hoc opere divulgatis: Ueber Aristot. Pol. I, 8—11 (in Mus. Rhen. XX. 1865. p. 504 sqq.), Das vierte (richtiger sechste) Buch der aristot. Pol. (ibid. XXI. p. 551 sqq.), Kritische Bemerkungen zum 2. B. der ar. P. (in Iahni Ann. XCIII. 1866. p. 327 sqq.), Zu Ar. P. IV, 11. 1295 b, 12 f. (ibid. CIII. 1871. p. 790 sqq.), Studien zur ar. P. (in Philologi XXV. p. 387 sqq.), Das dritte buch der ar. P. (ibid. XXIX. p. 97 sqq.), De Politicis Aristoteleis quaestionum criticarum part. I—V. Gryph. MDCCCLXVII. MDCCCLXIX. MDCCCLXXI. MDCCCLXXII. 4.

88) Cuius translatio Latina primo prodiit Paris. MDXLVIII: quam editionem ipse in manibus habui.

89) In Aldina minore anni MDLII.

90) Praeter utramque eius editionem annorum MDLII et MDLXXVI usus sum coniecturis, quas in prioris exemplari nunc in bibliotheca Monacensi asservato marginibus inscripsit. Raro operae mihi pretium visum est alteram editionem ab altera notis his: Victorius[1] et Victorius[2] discernere.

91) In editione Politicorum Parisiensi anni MDLVI.

92) Aristotelis de Politica libri VIII Latine D. Lambino interprete, Lutet. MDLXIV.

rari[93]), Zwingeri[94]), Sylburgi[95]), M. Casauboni[96]), Montecatini[97]), Rami[98]), Giphani[99]), Scaligeri[100]), Piccarti[101]), D. Heinsi[102]), Conringi[103]), Reiski[104]), Gurlitti[105]), Reizi[106]), I. G. Schlosseri[107]), Garvii[108]), I. G. Schneideri[109]), Corais[110]), Fr. Thuroti[111]), Goettlingi[112]), A. Stahri[113]), Spengeli[114]), Boieseni[115]), Nickesi[116]),

93) Politicorum et Oeconomicorum Aristotelis interpretationes et explicationes. Francof. MDLXXXI.

94) Cuius editio Politicorum prodiit Basil. MDLXXXII.

95) In Aristotelis operum editione Francof. MDLXXXVII.

96) In Aristotelis operum ed. Lugdun. MDLXL.

97) De cuius in tres libros priores commentariis inde ab anno, ut videtur MDXLIV divulgatis v. editionem Schneideri (II. p. V sq.), e cuius copiis solis transcripsi quae de huius viri coniectationibus referam.

98) Aristotelis Politica a Petro Ramo Latina facta, Francof. MDCI.

99) Commentarii in politicum opus Aristotelis, Francof. MDCVIII.

100) V. Scaligerana edita ab Onckenio in Eoe (I. p. 410 sqq.).

101) In politicos Aristotelis libros commentarius, Lips. MDCXV.

102) In editione Politicorum, quae parata est Lugd. Bat. MDCXXI.

103) Cuius editio Politicorum foras data est Helmst. MDCLVI una cum introductione, quae antea iam prodierat anno MDCXXXVII.

104) et 105) Apud Schneiderum in Addendis.

106) In editione postremorum libri VII[i] capitum et totius libri VIII[i], quae evulgata est Lips. MDCCLXXVI.

107) In translatione Politicorum et Ethicorum Germanica, Lubec. et Lips. MDCCXCVIII.

108) In translatione Politicorum Germanica, quam edidit Fuelleborniu, Bresl. MDCCXCIX—MDCCCII.

109) Cuius editionem uberrimis copiis instructam, quae prodiit Francof. ad Viadr. MDCCCIX, non minus exscribere solent qui vituperant quam qui laudant: aequum sobriumque de ea iudicium tulit Onckenius l. l. p. 89 sq.

110) In editione Politicorum bonae frugis plenissima Parisiis anno MDCCCXXI emissa, cuius pretium bene perspexit Euckenius De Aristotelis dicendi ratione (P. I. de particularum usu), Gotting. MDCCCLXVI, p. 15, minime Onckenius l. l. p. 90.

111) In translatione Ethicorum et Politicorum Francogallica. Paris. ann. MDCCCXXIII. edita.

112) Cuius editio prodiit Ienae anno MDCCCXXIV. Postea nonnulla retractavit in commentationibus academicis, quae opusculis eius partim ab ipso partim a Cun. Fischero editis deinde insertae sunt, his: Commentariolum de Arist. Politicorum loco (1266 a, 17), Ien. MDCCCLV, De machaera Delphica, quae est ap. Arist. (1252 b, 2), De loco quodam Arist. in primo libro Politiae (1253 a, 6), Ien. MDCCCLVIII (cf. Opusc. acad. ed. Cuno Fischer, Ien. MDCCCLXIX, p. 274 sqq.).

113) In editione et translatione Politicorum, quas paravit Lips. MDCCCXXXIX. Cf. Aristot. Pol. übers. und erläutert v. C. Stahr und A. Stahr, Stuttg. MDCCCLX.

114) Ueber die Politik des Aristoteles (in Comm. philol. acad. Monac. V. p. 1 sqq.). Aristotelische Studien III. (ibid. XI. p. 55 sqq.) Monac. MDCCCLXVIII.

115) Bidrag til Fortolkningen af Aristoteles's Böger om Staten, Haun. MDCCCXLIV. MDCCCXLV. Complures locos optime emendavit.

116) De Aristotelis Politicorum libris, Bonn. MDCCCLI.

Congrevi[117]), Eatonis[118]), Engelhardti[119]), Rassovi[120]), C. Thuroti[121]), Schuetzi[122]), Onckeni[123]), Bernaysi[124]), Hampkii[125]), Schnitzeri[126]), Boeckeri[127]), Buecheleri[128]), Hayducki[129]), Herm. Sauppi, Maur. Schmidtii, Buechsenschuetzi[130]), Chandleri[131]), Madvigi[132]), aliorum enumerabo: praeterea eas, quas idem ille vir doctus, de quo supra dixi, in margine Aldinae Monacensis adscripsit, in usum meum converti. Ceterum quis fuerit hic, quis alter huius exempli corrector, ut Halmius mihi scripsit, plane ignotum est. Sed discrepantiam textus mei non a ceteris editionibus, verum a solis Bekkerianis (Bekk.), quarum separatam, quae prodiit Berolini MDCCCLV a maiore, ubi ab ea differt, nota hac: Bekk.[2] discernam, plenam afferam: capita tamen et paragraphos Schneiderianae in interiore textus margine apponam. Denique vitiosam interpunctionem, quae et apud Bekkerum esse solet et apud ceteros editores ad unum omnes, tacite emendabo secundum

---

117) The Politics of Aristotle with English notes, Lond. MDCCCLV.

118) The Politics of Aristotle with English notes, Oxon. MDCCCLV.

119) Loci Platonici, quorum Aristoteles in conscribendis Politicis videtur memor fuisse, Gedani MDCCCLVIII.

120) Observationes criticae in Aristotelem, Berol. MDCCCLVIII. Bemerkungen über einige Stellen der Politik des Aristoteles, Vimar. MDCCCLXIV. Cf. Emendationes Aristoteleae, Vimar. MDCCCLXI. p. 10. Beiträge zur Erklärung und Texteskritik der Nikom. Ethik. Vimar. MDCCCLXII.

121) In Iahni Ann. LXXXI. p. 749 sqq. et inprimis in libro egregio Etudes sur Aristote, Paris. MDCCCLX.

122) De fundamentis reipublicae, quae primo Politicorum libro ab Aristotele posita sunt, part. I. II. Potsd. MDCCCLX, part. III. in libello gratulatorio universitati Berolinensi a gymnasio Potsdamiensi misso, Potsd. MDCCCLX.

123) In Emendationum in Arist. Eth. Nic. et Polit. specimine, Heidelb. MDCCCLXI et in libro saepius citato.

124) Praecipue in libro Die Dialoge des Aristoteles, Berol. MDCCCLXIII.

125) In libello inscripto Bemerkungen über das erste Buch der Polit. des Aristoteles, Lyck. MDCCCLXIII, et in Philologi XIX. p. 614 sqq. XXI. p. 541 sqq. XXIV. p. 198 sqq.

126) Zu Aristoteles Politik. In Eois t. I. p. 499 sqq.

127) De quibusdam Politicorum Aristoteliorum locis, Gryph. MDCCCLXVII.

128) Cuius coniecturae insunt in dissertationibus meis supra citatis.

129) Qui quae coniecit mecum communicavit. Idem fecerunt precibus meis commoti Sauppius et Schmidtius.

130) Zu Aristoteles Politik I, 8—11, in Iahni Ann. XCV. 1867. p. 477 sqq. 713 sqq.

131) Cuius Miscellaneous emendations and suggestions (Lond. MDCCCLXVI) non nisi ex ultima Spengeli dissertatione novi.

132) Adversaria critica ad scriptores Graecos, Hauniae MDCCCLXXI, p. 461 sqq. Haud pauca laudabiliter, plura infeliciter tractavit. Uno loco, V, 11. 1314 b, 22. in eandem mecum incidit emendationem.

illas rationes, quas Trendelenburgio[133]) et Krischio[134]) praeeuntibus optime monstravit Bonitzius[135]).

Opus Politicorum, quale nunc legitur, non esse absolutum, recte iam intellexit vetus interpres Guilelmus de Moerbeka, quippe qui in fine libri octavi se residuum operis in Graeco nondum invenisse monuerit. Attamen non solum, id quod ille credidit, optimi reipublicae status descriptio hoc loco imperfecta abrumpitur desuntque, quae antea identidem Aristoteles se expositurum esse pollicitus est[136]), sed etiam, id quod primus vidit Conringius, de ceteris reipublicae formis per libros IV.—VI. quae agit dissertatio in fine sexti manca est[137]), quamquam non omnia ea hoc loco requirenda sunt, quae Conringius aliique eum secuti requisiverunt[138]): praeterea, id quod Hildenbrandius potissimum e duobus locis III, 15. 1286 a, 2 sqq. IV, 1. 1289 a, 11 sqq. ostendit[139]), quam Aristoteles promisit de legislatione doctrinam, deficit tota. Utrum autem ipse opus non absolverit an temporum invidia nobis magnas eius partes abstulerit, non video, quomodo decerni queat. Nam id quidem certum est iam Hermippo Callimacheo octo tantum librorum opus praesto fuisse[140]): inde tamen, quod doctrinae, quae est de formis reipublicae administrandae, utraque pars, et quae de optima et quae de ceteris formis agat, in fine potissimum mutila sit, Hildenbrandius et post eum Zellerus[141]) ipsum Aristotelem longius non esse progressum acute coniectantes forsitan speciem potius quam verita-

133) In Mus. Rhen. 1828. p. 466.

134) In Ephemerid. litter. Ien. MDCCCXXXV. p. 401 sqq.

135) Aristotelische Studien. II. III. Vindob. MDCCCLXIII. (In comment. hist.-phil. acad. Vindob. XLI. p. 379 sqq. XLII. p. 25 sqq.)

136) I, 13. 1260 b, 8 sqq. II, 6. 1265 b, 17. c. 8. 1269 a, 27 sq. c. 10. 1272 a, 25 sq. VII, 5. 1326 b, 32 sqq. (ubi non recte Spengelius Ueb. d. Pol. des A. p. 10. capita 7. et 15. indicari putat). c. 10. 1330 a, 4 sq. 31 sqq. c. 16. 1335 b, 2 sqq. c. 17. 1336 b, 24 sqq. VIII, 3. 1338 a, 32 sqq. c. 7. 1341 b, 23 sqq. Cf. Spengel. l. l. p. 8 sqq. Hildenbrand. l. l. p. 446 sqq. Zeller. l. l. p. 524 sq. 579 sqq. — III, 3. 1276 a, 30 sqq. Aristoteles haud dubie lectores ablegat ad VII, 4: at quod addit *καὶ πότερον ἔθνος ἓν ἢ πλείω συμφέρει*, neque ibi neque alio loco de hac re agitur.

137) Desunt enim hic quoque quae ipse pollicitus est Aristoteles VI, 1. 1316 b, 39 sqq. IV, 15. 1300 a, 8 sq. b, 7 sqq. Praeterea cf. quae disserui in Iahni Ann. CI. 1870. p. 347 sqq.

138) Qua de re item cf. quae disserui l. l. p. 346 sq.

139) L. l. p. 351 sqq. Tertium V, 9. 1309 b, 14 sq. non debebat afferre, v. infra p. LXVIII.

140) Cf. n. 73. Recte Zellerus l. l. p. 75: „dass der Anon. Menag. 20 Bücher *πολιτικῆς ἀκροάσεως* nennt, ist wohl blosser Schreibfehler: *K* für *H*.“ Addit Hildenbrandius p. 356: „es gewähren uns schon die ältesten Auszüge aus diesem Werke bei Stobaeus, welche Jahrhunderte älter sein können als dieser Sammler“ (qua de re cf. n. 83), „die Gewissheit, dass ihr Verfasser dasselbe in keiner andern Gestalt kannte, als in welcher es uns überliefert ist.“

141) Hildenbrandius l. l. p. 356. Zellerus l. l. p. 525 sq.

tem assequantur: si quidem primum sextus liber non est finis dissertationis, qua deteriores reipublicae formae tractantur, sed ante quintum transponendus, deinde non tanta est in eius fine lacuna, quantam esse putat Hildenbrandius[142]) Conringium secutus, denique in ceteris quoque operis partibus praeter minores lacunas permultas una certe maioris ambitus post III, 13. 1284 a, 3. ἀρετήν invenitur, quae non fugit Conringi sagacitatem. Qui vir quamquam in eiusmodi defectibus investigandis saepe quidem erravit, tamen non solum eo erravit, quod complures ubi non sunt sibi visus est detexisse, verum etiam eo, quod alios pauciores, qui revera extant, vel ipse nondum detexit, et, quamquam linguam Graecam modice tantum doctus erat, acuta tamen mente et attento animo sententiarum ubique nexum rimatus permultas difficultates aperuit, quas non modo ante eum nemo perspexerat, sed etiam post eum plurimi despicientes quae recte senserat negare quam enodare maluerunt. Qui si hodie quoque, velut Stahrius[143]), asteriscos Conringianos ex editionibus nostris evanuisse, sed nequaquam hac re turbatam esse operis perspicuitatem affirmant, vereor, ne in eos cadat idem, quod Antistheni se *ἵππον* quidem videre, sed non *ἱππότητα* asseveranti respondisse fertur Plato: *ἔχεις μὲν ᾧ ἵππος ὁρᾶται τόδε τὸ ὄμμα, ᾧ δὲ ἱππότης θεωρεῖται οὐδέπω κέκτησαι*[144]). Itaque cum has lacunas per totum opus dispersas ab Aristotele ipso relictas esse nemo, qui sanae mentis est, contendere queat, non intellego, cur aliter de sexti libri fine iudicemus: contra ea de optimi reipublicae status descriptione et de legumlatione rem in medio relinquere melius erit.

Sed non solum imperfectum est opus, verum etiam, id quod iam attigi, non pristino ordine nobis traditum. Septimi enim et octavi librorum verum locum ante quartum esse primi senserunt Nicolaus Oresmius, vir praestantissimus[145]), Caroli V Francogallorum regis praeceptor et deinde episcopus Lexoviensis, quem anno MCCCLXXXII mortuum esse scimus et qui aut e codice Graeco aut e vetusta translatione Politicorum fecit conversionem Francogallicam postea Parisiis anno MCDLXXXIX impressam[146]),

---

142) L. l. p. 489.

143) In Iahni Ann. XV. p. 332. Haud multo aliter indicant Goettlingius, Hilarius, Nickesius, Schnitzerus, alii, paulo cautius Brandisius (Griech.-röm. Phil. II b. p. 1665). Contra recte Onckenius l. l. p. 66. n. 2: „Ich denke ... dass, wenn auch der viel belächelte Asteriskenhimmel des Hermann Conring nunmehr ganz verschollen, doch an sehr vielen Stellen nur das Zeichen, nicht aber die Lücke oder Unebenheit verschwunden ist."

144) Simpl. in Aristot. Categ. f. 8 b (Schol. in Arist. 66 b, 46 sqq. Brand.).

145) De quo v. G. Roscheri dissertationem Ein grosser Nationalökonom des 14. Jahrhunderts (in: Zeitschr. f. Staatswissensch. XIX. 1863. p. 305 sqq.).

146) Cf. Oncken. p. 77 sq.

et Bernardus Segnius[147]), accuratius demonstravit Antonius Scainus Salodiensis[148]) et post eum de his priorum conatibus audiendo tantum doctus Conringius. Idem iam suspicionem movit de sexto libro ante quintum traiciendo, sed ipse eam refellere studuit: primus reapse traiecit Hilarius[149]). Cuius vestigiis insistens verum librorum ordinem esse hunc: I. II. III. VII. VIII. IV. VI. V. denuo luculenter demonstravit Spengelius[150]) et contra adversarios Forchhammerum et Bendixenium[151]) sententiam suam acriter defendit[152]). Ego cur eidem addictus sim, contra Bendixenium, postquam hic iterum in arenam descendit[153]), exposui in Iahni Ann. XCIX. 1869. p. 593—610, et sextum quoque librum cur sine ulla dubitatione, quamquam ne Hildenbrandius quidem Zellerusque, qui de septimo et octavo libris cum Spengelio faciunt, de illo eandem opinionem tueantur[154]), in hac editione transponere audeam, intellegent lectores ex eis, quae de hac re disserui ibidem CI. 1870. p. 343—346. 349 sq. Ceterum tota haec pristini ordinis turbatio antiquissima est, cum iam in epitome a Stobaeo tradita eodem modo atque in fontibus nostris se membra disputationis excipiant.

Restat, ut de compendiis quibusdam, quae adbibiturus sim, rationem reddam: *pr.* igitur significabit primam codicis alicuius manum, *rc.* recentiorem, *corr.* correctionem ab ipso librario profectam, interdum etiam talem, quae utrum primae sit an recentioris manus dubitem, *mg.* quae in margine scripta sunt, *γρ. mg.* lectionem, quae in margine *γρ.* nota praemissa legitur, *gl.* glossam, *crx.* = *correxit* (*correxerunt*), *em.* = *emendavit* (*emendaverunt*), *om.* = *omissum*, *suppl.* = *supplevit* (*suppleverunt*), *ead. m.* = *eadem manus*, *mg. rc.* = *in margine recentior manus*, *secl.* = *seclusit* (*secluserunt*), *ci.* = *coniecit* (*coniecerunt*), *add.* = *addidit* (*addiderunt*) vel *additum* (*addita*), *rep.* = *repetit* (*repetunt*), *tri.* = *traiecit* (*traiecerunt*), *trsp.* vel *transp.* = *transposuit* (*transposuerunt*),

---

147) Trattato dei governi, trad. da Bernardo Segni, Firenze 1549.

148) Quinque quaestiones ad octo libros de republica, Rom. MDLXXVII. Idem anno sequenti paraphrasin Etruscam cum adnotationibus edidit Romae.

149) Cuius editio cum paraphrasi Francogallica coniuncta prodiit Paris. MDCCCXXXVII.

150) In commentatione saepius allata Ueber die Pol. des Ar.

151) Qui de hac re disseruerunt in Philologi XIII. p. 264 sqq. XIV. p. 332 sqq. XV. p. 50 sqq. XVI. p. 498 sqq.

152) In Studiorum Aristoteleorum p. II. Monac. MDCCCLXV. p. 44 sqq. (in Comm. philol. acad. Monac. X. p. 636 sqq.).

153) Der alte Staat des Aristoteles, Hamb. MDCCCLXVIII.

154) Contra Woltmannus Ueber die Ordnung der Bücher in der Aristotelischen Politik, in Mus. Rhen. I. 1842. p. 321 sqq. miro iudicio sexti libri transpositionem probat, septimo et octavo traditum locum vindicare conatus est.

prb. vel *prob.* = *probat* (*probant*), *del.* = *delevit*, *l.* = *lege*, *c. c.* = *cum ceteris*, *fors.* = *forsitan*, *fort.* = *fortasse*, *v. d.* = *vir doctus*, *h. v.* = *hoc verbum*, denique *v.* aut *vide* aut *versum* aut *verbum* et *v. l.* aut *var. l.* aut *var. lect.* *variam lectionem* (*varias lectiones*) aut *varietatem lectionis* significat.

Iam quae de Politicis Aristoteleis denuo edendis praefanda erant praefatus sum, sed de appendice, quam huic editioni adiungam, variarum lectionum, quae ad Oeconomica pertinent, addenda sunt pauca. Haud enim plane eadem est in Oeconomicis quae in Politicis mutua codicum ratio: immo $P^{1.2.}$ W^b fons Aldinae in hoc opere eiusdem familiae vinculo et huius quidem optimae coniunguntur, et deteriorum librorum genera sunt duo, $P^{4.6.}$ Q M^b U^b L^s et Q^b S^b T^b Paris. 2551[155]): praeterea nescio an saepius quam in Politicis deteriores aut verum aut vestigia veri servaverint, ubi meliores a recta via aberraverunt.

P^1 autem codicem pro me accuratissime contulit Patzigius:

P^2 librum cum post Bekkerum ipse iterum recenserem, tam multa a viro clarissimo partim neglecta partim falso tradita esse animadverti, ut plenam tam huius codicis quam P^1 libri et editionis Aldinae item a me denuo excussae a textu Bekkeriano lectionum diversitatem appendici inserere satius ducerem.

P^4 a me ipso totus et

P^6 in usum meum per p. 1343 et 1344 a a Patzigio sunt collati, omnesque utriusque codicis lectiones ab editione Bekkeriana discrepantes per hanc operis partem divulgabo, sed inde a 1344 b e P^4 secundum meam et per librum secundum e

L^s secundum Schneideri collationem delectum tantum variarum lectionum afferam, ita tamen, ut, ubicunque simul alii ex fontibus meis a textu Bekkeriano recedunt, de illis quoque non taceam. Ceterum complures locos in $P^{1.2.4.}$ codicibus post Patzigium et me recognovit mihi Henningius, nec ullum eiusmodi laborem relictum esse futuro editori firmiter credo.

Γ siglum etiam in Oeconomicis per duos libros priores Graece servatos retinebo ad scripturas significandas a vetustis translationibus oblatas, quamquam a Guilelmo Moerbecensi harum translationum aut nulla aut ea quidem, quae praeter fragmenta nonnulla periit et quam secundam appellabo, profecta est[156]). Sed pauca tantum per illos libros ex eis afferam: nam etsi non prorsus spernendae, tamen non admodum magni momenti sunt ad verba Graeca constituenda, cum deterioribus codicibus quam

---

155) Utri magis adnumerandus sit X^b = Vatic. 342, ex paucis eius lectionibus, quae apud Bekkerum inveniuntur, nequit diiudicari.

156) V. quae de hac re disseruit Thurotus Revue critique MDCCCLXIX. n° 32. p. 86. Paulo dubitantius loquitur Rosius Aristot. pseudepigr. p. 644.

melioribus multo similiores sint et praeterea non ita verbum pro verbo reddant, ut codices Graeci, e quibus fluxerunt, eadem ratione qua in Politicis ex eis restitui queant. Prima earum, qualis in plurimis codicibus, velut in **bghkl** Paris. Sorb. 841 legitur[157]), libros non nisi primum[158]) et tertium illum Latine dumtaxat servatum olimque *νόμοι ἀνδρὸς καὶ γαμετῆς* inscriptum[159]), quem ex his exemplis nuper edidit Rosius[160]), complectitur[161]). Secundae, quae Rosio[162]) paulo recentior itemque correctior, mihi contra, etsi rem incertam esse concedo, itemque, nisi fallor, Heitzio[163]) paulo rudior[164]) et antiquior fuisse videtur[165]), fragmenta tantum supersunt ab eodem Rosio[166]) evulgata in commentario Ferrandi de Hispania et in „aliis lectionibus", quae in margine codicis Sorb. 841 adscriptae sunt. Tertia omnes tres libros continet[167]): e qua primum librum usus codicibus **a** (in quo duos priores in usum meum perlustravit Henningius, tertium precibus meis comiter satisfaciens vir egregius Carolus Thurotus) et **h**² initium

---

157) De cuius origine v. quae attulit Rosius l. l. p. 644 sqq.

